

A spias, rerum à se gestarum terminos: indubitato æmulationis argumento, eorum quæ Bacchus & Hercules diu ante gesserunt. Sabel. l. 6. cap. 9.

Collegas.

Telchines Matris filios, Rhodi incolas, nonnulli fascinaturos, & maleficos dicunt, quod Sygiam aquam animalibus & stirpibus perniciæ gratia inspergerent, ac (ut Diod. ait. l. 5. c. 12.) nubes imbres, grandinem, nivem inducerent, ac mutare proprias formas, cum vellent, & alius doctrinam artium inviderent. Nonnulli contrarium sentiunt, quod artibus præstantes, à similibus Artibus odio haberentur, unde hanc infamiam sibi assecuti. Primi ferrum & æs operati sunt. Strabon. lib. 14.

PERICLES, cum glorie Cimonis invideret, qui ipsum divitiis & pecunia superabat, quibus fovebat inopes, ad cenam quotidie egenos cives invitans, senes vestiens, sepes amovens prædiorum, quo invenit quibus liberet poma: Demoniis Jennis consilio, ut tradit Aristoteles, convertit se ad publicam dilargienda: brevitæ theatralibus, & judicialibus sportulis, atque aliis præmiationibus largitionibusque plebem corrupit: ac Cimonem, ut Lacedæmoniorum factorem, infestumque populo, urbe pepulit. Plut. in Pericle.

CLEOMENES & Demaratus, reges Lacedæmoniorum, similitates inter se gesserunt. Tandem Cleomenes per Leutyxidem Demaratum Regem optimum statu deiecit, falsis criminibus, quod non Aristonis filius esset, sed ex adulterio natus, Demaratus ad Medos confugit, & Darium contra Græciam inflammavit. Herod. l. 6.

Observatum esse, ait Julius Obsequens, neminem qui magistratum collegæ abrogasset, annum vixisse: quorum primus fuit Brutus, deinde T. Gracchus, & P. Tarquin. Lud. Vives in 2. l. Aug. de Civ. Dei. c. 17.

Bonifacium Comitem, Titracem genere, Placidia Valentiniani II. mater, totius Africæ præfectum fecit, invito quidem, sed dissimulante Aëtio Patricio, duce Valentiniani, quod nondum aperta esset inimicitia. Postquam verò Bonifacius Africam attingit, Aëtius manifestè obtestare laudibus ejus, malique ad Placidiam referre, insuper quod tota Africa per eum spoliaretur, accusare cepit. Rem facillè potest deprehendi, si justis minimè revertatur. Placidia cum revocata ab Aëtio prævenitur. Is enim Bonifacium scribit, Placidiam illi esse infestam, & ob id mox eum revocaturam, uti ab ea caveat. Cum itaque revocaretur, respondit, se militarem nec matrem nec Imperatori obtemperaturam. Hoc pacto, Imperatori suspectus factus, Gonthari & Genetico Vandalis se conjunxit, qui in Hispania consisterant: usque duas Africæ partes promissit, tertiam sibi reservans. Sic æmulatione Aëtii Africam imprudens Vandalis prodidit. Cæsin.

Vicinos amulari.

C. Fur. Ctesinus è servitute liberatus, quum in parvo admodum agello largiores multo fructus acciperet, quam ex amplissimis agris Vicini, in invidiam incidit hominum accusantium, cum veneficiis fruges pellicere alienas. Quamobrem à Spurio Albino curuli die dicta, metuens damnationem, quum in suffragium tribus oportere ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit: adduxitque etiam filiam robustam bene curatam & vestitam, ferramenta egregiè facta, graves ligones, vomeres ponderosos, & boves saturos, & dixit: Hæc sunt, ò Quirites, mea veneficia, nec possunt præterea vobis ostendere labores manus mearum, multatque meas vigilas & sudores. Quod ubi audivissent iudices, intellexerunt, ex sola invidia Furium accusatum esse: eumque dimiserunt absolutum. Bryson. lib. 3. cap. 7.

Præceptores.

Sunt qui dicant, Aristotelem præceptori suo Platoni ad eum invidiosè, ut bonam ejus operum partem flammis, & incendio dederit. Sed fortasse tam vera hæc calumnia, quam illa de Hippocrate medico, quod igni injecto in templum Æsculapii, quod in Coo erat, medicorum veterum scripta omnia deleverit.

Discipulos.

DEDALUS, Talium discipulum suum interemit ob invidiam, quod signi rotam & terram excogitasset. Ovid. Metam.

Condiscipulos.

PLATO erga omnes Socratis discipulos novitæ animam ostendit. Itaque Socrates se per somnum vidisse dicebat, Platonem comitem effectum in caput suum insilire, calvi-

tiemque vellitate. Videote, ò Plato, inquiens, permulta contra caput meum mentiri. Athen. lib. 11. cap. 22. Sed philosopha iniquior est philosopho.

Fratres amulari.

CAIN fratrem suum Abelus seductum interfecit: æmulatione motus, quod Deus ejus sacrificium acceptasset, suum repudiasset. Gen. 4.

FRATRES Joseph, quod à patre præ cunctis amaretur, & audientes somnia quæ narrabat, eò provecti sunt æmulationis, ut eum primò interficere conati, mox Æmalitis venderint. Gen. 30. & 37.

Peregrinos.

Græcis à Persico equitatu, quibus Harpagus præerat, apud Malenam fugatis, Histæus Milesius, qui à Rege Dario defecerat, captus est. Darius rex proculdubio propter ejus merita ignovisset illi. At ne fuga elapsus apud regem magnus existeret, Artapheres Sardium prætor, & Harpagus, qui eum ceperat, Sardis prædūm, in crucem sustulerunt. Caput sale condidit, Suis ad Dariū derulerunt. Qui indignatus ipsis, justit, Histæi caput, tanquam viri de ac de Persis bene meriti, elotum atque obvolutum sepelire. Herodorus lib. 6.

BOHEMI proceres apud Joannem regem suum Henrico à Lyppa actore agebant, peregrinam ex Germania nobilitatem in Bohemiam induceret, moribus dissimilem, ex Bohemorum spoliis locupletatam, domum suam repetere solitam: Bohemis potius, quam istiusmodi hiruindinibus præfaturus & magistratus reliquos committendos esse. Molestia regis auribus hæc oratio fuit, ut quam ex invidia & odio in Germanos profectam intelligebat: tamen nequid novaretur, nobilissimos quos ex Germania in aula habuit, Udalticum videlicet, Bertoldumque & Dyrenonem Comites, invitus invitos à se dimisit. Dux Æmalis præfecture, altera in Bohemia ad Henricum Lyppam, altera in Moravia ad Janum delata, tanta brevi in Bohemia vesticulium regiorum, præsertim in montibus Cuthnenibus ex venis metallicis facta est diminutio, ut ubi ante Germanus præfectus in singulas hebdomades argenti minimum quingentas libras regi appendisset, ibi Henricus nec tertiam illarum partem sisco inferret. Suo item modo Vatterbergus Moravos quæstui habuit, pupillos hereditatis evertens, raroque aliter nisi munere corruptus judicans. Quæ rerum indignationem commotus Rex, Lucemburgum recessit, natale solum suum invisurans. Itaque Henricus multo audacius bona regia invasit. E patria reverso rege, conventu procerum Pragæ indicto, Henricus in vincula conclusus fuit. Quem dum factiosos per vim liberare conarentur, irrito conatu, Frederico Palchro Austria duci sese dediderunt. Vix tandem Henricus, ductus obstrictus & sex arcibus, in gratiam receptus est. Dührav. l. 20.

Henricus cognomento Ferreus, comes Hollatiæ, regi Angliæ Eduardo III. ob virtutem fuit commendatissimus. Urebat id Anglorum proceres. Insidis proinde sæpè petitus, evasit per industriam. Absente aliquando Eduato delatores reginæ suggererant, Saxonem hunc Theutoncum, quem rex multis prætulisset nobilibus Anglicis, nobilem non esse, & ejus rei periculum in leone fieri posse, H quem natura ajunt interoscere nobilem sanguinem ab ignobili. Solebat Henricus manè auræ capere, & intra arcem obambulans (strutari portarum claustra. Angli ergo voluntate reginæ leonem noctu laxant, ut Henricum ignobilem ante lucem læceret. Ille de more seminidus baltheum cum gladio collo appenderat, descendens in gradibus obvium habuit leonem rugientem, & interitus: quiesce, inquit, quiesce feroc canis. Ad hoc verbum leo pedibus ejus prostratur, quem ille reduxit in cavem. Ferunt quin etiam stantem aliquando ad cancellos leonis Henricum Angli dixisse: Si quis inrer vos est nobilis, imitetur factum meum. Mox ingressus, ferocissimo leoni carnalem suum caput detractum imposuit, & exivit nihil respectans. Stupuit leo immobilis. Tunc convertus ad Anglos: Si quis, inquit, fudit stemmati suo, reterat criminale quod intuli. Illi rubore perfusi abierunt. Crantz. lib. 9. Sax. cap. 24.

Quære Invidiam.

Ænigma.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Ænigma sive τὸ ἀνίστηται, id est, loquor obscure: desinit Diomedes, obscuram sententiam per occultam rerum similitudinem. Vocatur autem Veteres Latini ænigmata Scipros, teste Gellio, per antiphrasim, quasi minimè abque nodis. Est enim Sciprus junceus planè enodis. Difert autem Ænigma & Gryphus, ut illius materia sint joci, & sales: hujus, res seriæ, & quæ studium requirunt.

AUCTORES, ET INVENTORES.

Athenæus Gryphorum auctores facit Aristonum, & Cleonem; & Symposius carmine Heroico, & quidam Andelius Angelus, versibus Ænigmata dederunt, nostra memoria nonnulli alii: ut Julinus Scaliger, Adrianus Junius, Jo. Lotichius, & alii quidam.

CONJECTORES, QUIQUE EA PROPOSUERUNT. SAMSON Hebræorum judex Thammatefibus juvenibus in nuptiis ænigma proponit. Vide Tit. Robustorum in genere.

SALOMON Rex Judæorum cum Hiram Tyriorum Rege amicitiam exercuit, eique quæstiones ænigmaticas proposuit, quas Hiram per Abdæmonem adolescentem Tyrium solvit, maximam alicui pecuniæ multam soluturus. Ioseph. l. 8. Antiq. & l. 1. contra Appian. ex Memnando & Dio.

LYCERUS Babyloniorum Rex, Æsopi Phrygi fabulatoris acumine fretus, ænigmatibus cervavit cum Nectebano Ægyptio, & magna cum laude victor extitit. Max. Pamides in ejus vita.

NICOLAUS Ægypti & Æthiopiæ Regina, quam Sabam Reginam vocamus, Salomonis Regis Judæorum sapientia fama nota, ad eum magno cum comitatu Hierosolymas profecta, quæstiones obcuras ei proposuit. Quas cum ille nullo negotio solvisset, donavit 120. auti talenta, præter gemas & aromata. 3. Reg. 10.

Tres Darii Regis Sciprotos, Rege invitante, certamen sapientie interunt, quinsam eorum sapientissimam profert sententiam. Unus, Præpotes esse vinum: alter Regem: tertius Zorobabel Judæus, Salathielis F. Mulieres, sed veritate omnia vincere, asseruit. Libellum quisque suum obsequatum Regis pulvino dormientis subjiciunt. Rex expergefactus, satrapis suis convocatis, suam quemque sententiam probare jussit. Omnium igitur assensu Zorobabel victor declaratus, cum præmia sapientia ex pacto ei dederentur, ut purpura vestiretur, auro biberet, in auro dormiret, aureis frans currum, byssinamque cidarim, & torquem circum collum haberet, Regis familiaris vocaretur, & secundus à Dario propter suam federet sapientiam: Zorobabel ad Regem convertis, cum voti admonuit, quo se obstrinxerat, de Hierosolymitano templo & urbe instaurandis. Rex igitur ejus monitis annuit. Arque ita Zorobabel interceptam sub Cyro, verum sub Cambyse impeditam templi instauracionem, persecutus est. 4. Esdre 3. & 4.

Ad Jocaltam. Laji viduam, Sphinx venit, ænigma proponens omnibus solvere paratis: hæc lege, ut si explicuissent, duceret Jocaltam cum regno Thebarum: sin non possent, perirent. Ænigma erat, Quodnam animal esset & quadrupes, & bipes, & tripes? Multis propter ænigma, cum regi essent avidiores, occisis, Oedipus Thebas venit, & obcuritatem declaravit. Ita matrem Jocaltam accepit in conjugem. Thebasque rexit. Sphinx se ex edito præcipitavit loco. Oedipus, cum ex Jocalta liberis genuisset, matremque esse suam rescisset, & se patrem occidisset, luminibus seipsum privavit. Filii armis inter se de paterno regno contendunt. Diod. Strabo, Sophocles ac Seneca. Sphinx Chimæra & Typhone natam, tradit Hesiodus. Anonius in Gryphis trifforme monstrum ait fuisse, facie puellari, alis volucris, & pedibus leonis. Sic enim ait:

Ille etiam thalamos per trina ænigmata querens, Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus, Terris Amiam volucris leo, virgo triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus ferra, fronte puella. Revertè autem Sphinx erat mulier acris & servo ingenio.

AMASIS Ægyptiorum Regi, sapientia certamen fuit cum Rege Æthiopum. Itaque per literas jussit illi edere, quid antiquissimum sit, quid pulcherrimum, quid optimum, quid

sapientissimum, quid communissimum: & verò insuper, quid utilissimum & nocentissimum, quid valentissimum, quid facillimum, expromere. Respondit ille, Quid antiquissimum? Tempus. Quid maximum? Mundus. Quid sapientissimum? Veritas. Quid pulcherrimum? Lux. Quid communissimum? Mors. Quid utilissimum? Deus. Quid nocentissimum? Dæmon. Quid valentissimum? Fortuna. Quid facillimum? Suave. Quas solutiones Amasis partim accepit, partim rejectit. Atqui Thales nullam earum reprehensione vacare, verum claudicare multis modis omnes, multumque rudes esse, censet apud Plut. in convivia. Quin potius sic respondendum fuisse: Quid antiquissimum? Deus, inquit Thales: Ingenitus est enim. Quid maximum? Locus. Nam reliqua mundus, mundum hic complectitur. Quid pulcherrimum? Mundus: Quidquid enim concinnam ordinationem obtinet, hujus est portio. Quid sapientissimum? Tempus: Siquidem alia jam invenit, alia inveniet. Quid communissimum? Spes: Quandoquidem, quibus nihil aliud suppetit, iis hæc suppetit. Quid utilissimum? Virtus: Namque cætera utendo rectè utilia efficit. Quid nocentissimum? Vitium: Ferè enimnoxam adfert ejus contagio. Quid fortissimum? Necessitas: Est enim una invicta. Quid facillimum? Quod naturæ conveniens est: Quando voluptates quidem subinde avertantur homines.

Eidem Amasi Rex Æthiopum præceperat, uti Pontum biberet. Id si fecisset, multos ejus vicos & oppida ferret: sin minus, urbibus ad Elephantum jacentibus cederet. Ergo animi dubius, à Biante Prieneo consilio accepto, respondit: Absque mora se id facturum, si prius isle amnes, qui in maria labuntur, inhibuisset. Plut. in Convivio septem.

PROLEMÆUS Philadelphus, Rex Ægyptiorum, Septuaginta interpretibus Bibliorum, in Hierosolyma ad se missis, sapientia illorum exploranda causa, problema in convivio singulis proposuit. Aristæus, & Ioseph.

Ex Gymnosophistis, qui præcipue Sabbam ad defeccionem impulerant, & plurimum fatigaverant Macedonas, decem acres ad respondendum & contractos habitos, Alexander M. cepit. His quæstiones obscuras posuit, necem denunciatis primo, qui parim rectè respondisset, inde ordine reliquis. Unum natu maximum dedit iudicem. Primus interrogatus, vivofne plures esse, an mortuos censeret? Vivos, ait: Neque enim jam esse eos, qui mortui sunt. Secundus, terrane an pelagus grandiores gigneret belluas? Terram: quippe hujus, inquit, pelagus portio est. Tertius, quod animal callidissimum esset? Quod hæcenus, inquit, hominem cognovit. Quartus requiritur, quamobrem Sabbam ad rebellionem concitasset? responsum dedit, quò honestè viveret, aut malè periret. Quintus rogatur, diem an noctem putaret fuisse priorem? diem, ait, uno die. Adjevit autem, cum id Rex admiraretur, implicatam interrogationum necesse esse, ut essent implicatae responsones. Ita progrediens, sextum percontatus est, quemadmodum quis maximè se efficiat charum? Si potentissimum, inquit ille, nec formidabilis esset. Ex reliquis aliusrogatus, inquit ille, quod facere denegatum sit homini. Si quid fecerit, inquit, morte, utra valentior? respondit, vitam tam multa tolerantem mala. Postremus, quatenus hominem vivere deceat? Eatenus, dum moti quam vivere non censeat præstare. Ita tandem versus ad iudicem, pronuciare cum jussit sententiam. Qui cum alium alio dixisset legnissimè respondisse: Ergo tu, inquit, primus moriere, qui ita decernis. Minimè verò, Rex, inquit ille: nisi tu mentiaris, qui primum dixisti interficeturum te illum, qui pessimè respondisset. Hos igitur muneribus honoratos dimisit. Plut. in Alex.

Symptotica fuerunt, Ænigma & Gryphus: illud lusum habebat, Gryphus verò etiam studium ac curam. Solventi, præmium erat carnis portio: imperito ac legni, multa irrogabatur, ut fallam hautiret potionem. Nomen inditum id genus sermonibus obvolutis, à picatorum gryphus five retibus. Quæstiones verò dicebantur cæcitas, hoc est, τὸ ἀνίστηται κωλύει: arbitror, quia κωλύει, poculum significat. Cel. l. 28. c. 2.

Non aliena est à Philologia, ænigmatum explanatio: siquidem antiqui sapientiam per hujusmodi demonstrationes enucebant, & inter pocula quæstiones proponebant eruditus, non scurriles, aut gastrologicæ potus quam Philologiae convenientes. Primò igitur jambicum carmen dicenti, contradicentis alicujus poetæ in eandem sententiam carmen profertur: itaque singulos jambum dicere oportet, eo metro,

A metro, quo primus cepit, ac eodem literarum syllabarumque ordine. Quinetiam nomen aliquod Trojanorum ducum, vel Græcorum profertur, aut ex data litera nomen cuiusdam civitatis dicere, quæ sit in Asia, sequentem verò, quæ sit in Europa. Itaque non ineptus prorsus hic est ludus, ad declarandum, quanto per familiariter quisque habeat disciplinas. Præmium coronæ laudis erant, quibus maxime oscula excitabantur. Hæc *Clearch. l. 1. Prox.* Hujus generis fuerit Rhapsodia poetica, ut ita dicam, quando ex Homero, versu aliquo prolato, & vel initiali litera vel finali notata, ab eadem versus Homericos incipientes cogebantur in medium adducere. Qui propositum sibi ænigma non solvisset, bibere cogebatur sanguinem in potu, atque poculum sine respiratione haurire. Antiphanes in Ganymede. *Ath. l. 10. c. 11.*

Scribit Hermippus, in discipulis Iocratæ, Theodectem Phalitem promptissimum fuisse propositis sibi ænigmatibus inveniendis, aliusque ipsum aptissimè proponere solitum, velut illud de umbra & de nocte. *Ath. l. 10. c. 16.*

Socratem, constat, imperitorum stultitiam, scire se aliquod opinatum, etiam in ipsis mortalibus questionibus, quò totum animum intendisse videbatur, vel concessa ignorantia sua, vel dissimulata scientia, lepore mirabili differendi, & acutissima, urbanitate aguisse atque versasse. Unde & concitatis inimicitias, calumniosa criminatione damnatus, morte multatus est. Sed cum postea illa ipsa, quæ publicè damnaverat, Atheniensium civitas publicè luterit, in duos accusatorum ejus usque adeo populi indignatione conversa, ut unus eorum oppressus vi multitudinis iret, exilio autem voluntario atque perpetuo penam similem alter evadere. *Aug. l. 8. de Civit. Dei, c. 2.*

Quidam Academicus adversus Posidonium Stoicum argumento hoc utebatur, ut absurditatem illam demonstraret, quam efficiebat planè fatalis necessitas Stoicorum, omnia ex necessitate fieri confirmantium: Quòd ille absolvitur cui vis facta est, & qui ad faciendum aliquid coactus est; quia necessitas (quod ajunt) non habet legem, nec subelli discretionem legum. Itaque hanc absurditatem ut effugeret, a sententia sua discessit. *Posidonius. Galeus lib. de Placitis Hippocraticis.*

ROMANI Athenas miser legatos, qui leges decem Tabularum dicitas afferrent. Athenienses novitate rei moti, Philosophum illis miserè, qui exploraret disputando, digni essent legibus, necne. Romanis cognita, hominem quemdam amentem, purpura indutum, & satellitibus stipatum philosopho obviam mittunt, severè interdicentes, ne verbum aliquod profertret, sed nutu tantum signisque loqueretur: eo consilio, ut si Græcum superaret Romanus, voto suo potiretur: sin è contrà, legati taciturnitas, reliquorum prudentiam magis spectatam redderet. Ubi in conspectum venit Philosophi, faxi instar immobilis stabat. Tum Philosophus, Pythagoricum virum adesse suspicans, indicem extulit, unum scilicet rerum principum esse innuens. Romanus verò non sapientia, sed roboris exercendi id symbolum ratus, quos digito uno unum oculum se effodere velle minaretur, duas digitos elaturus, præ animi impotentia, pollicem quoque addidit, ita ut tres extaret. Philosophus triada admittens, manum planam exporrexit, Deum trinum & unum universi latè patens auctorem conservatoremque esse significans. At stultus contractis in pugnum manibus, se pugno contra palmam pugnaturum torvo vultu insinuans, Græco majorem sapientia opinionem fecit, quasi Dei potentiam modo extensam, modo in arcum pro arbitrio contractam symbolicè velle indicare. Proinde dignos Romanos esse judicans, Atticas leges illis communicandas censuit. Fabulae hujus auctor est *Accurs. l. 2. s. ex altis, de orig. jur.* si modo fabula dicenda est, in qua parum elegantia, nihil verisimilitudinis inest. Et tamen à Stephano Forcatulo defenditur in *Penn. juris.*

P. Nigidius vir doctissimus, M. Varroni, Cæsari & Ciceroni contemporaneus, multa scripsit, & cum Varrone de palma certavit: quæ tamen propter obscuritatem derelicta sunt. *Gell. l. 19. c. 14.*

Diocles senex & Bagoas eunuchus Peripatetici, de philosophica professione inter se certarunt, cum uterque in demortui locum substitui cuperet. Salarium erat singulos in annos decem mille numum. Coram judicibus resacta. Eruditione spinosa pares. Diocles barba & virilitate superior: Bagoas imberbis & eunuchus. Cum ed res reddisset, ut Bagoas utilitatis specimen edere juberetur, causa integra

ad cognitionem Imp. Trajani Romam rejecta est. *Lucianus E in Eunuchis.*

Refert *Gell. l. 18. Noct. Attic. c. 1.* Italos omnes, qui Athenis dabant literis operam, seipsum in unum aliquem locum convenire solitos, singulos ex ordine cœnulam instruxisse, totidemque res quævisse, quot studiosi conveniant. Præmium solvenda questionis, veteris aliusque scriptoris librum Græcum, aut Latinum, & coronam è lauro ponebant. Rem locumque dicendi fors dabat. Quæstione soluta, præmio victor & corona donabatur: non soluta, transmittabatur ad eum, qui fortitò succederat. Si nec dissolvisset, Deo, cujus festum erat, dicabatur.

Ætate Plutarchi Romæ motis erat Musarum feris sortes circumferre, & qui forte comparati essent, quæstiones doctas invicem ponere. *Plut. l. 9. Corv. q. 3.*

ÆRUCUS, qui sub ortum Christi Servatoris apud Suetta regnum obtinuit, non armis tantum, sed & eloquentia & ænigmatum interpretandorum solertia apud Septentrionales populos excelluit, sic ut Diserti cognomen inveniit. Frothionem certè Danorum regem, responforum subtilitate ex hoste amicum fecit, sic ut Diserti cognomen inveniit. Frothionem certè Danorum regem, responforum subtilitate ex hoste amicum fecit, sic ut Diserti cognomen inveniit.

Cum Eugenio IV. Pontifex Ferraræ cum Græcis Concilium ageret, Hugo Senensis, qui per id tempus medicorum Principes habitus est, omnes Græcos Philosophia studiosos ad se invitavit. Quos cum opiparè magnificeque pavisset, finito prandio, epulis mensique remotis, eos in disputationem pellexit. Cùm jam Marchio Estensis Nicolaus adesset, & multi in synodo excellentes Philosophi adventassent, cunctos in medium Philosophia locos adduxit, de quibus inter se Plato & Aristoteles in suis operibus contere, ac magno per se differente videntur, dicens, em se partem defensorum, quam Græci oppugnandum dicerent, five Platonem illum, five Aristotelem sequendum arbitrantur. Cùm Græci certamen minimè recusasset, protracha est ad multas horas disputatio. Postremò cum Rex conviviū Hugo Græcorum Philosophos, alterum post alterum, argumentis & dicendi copia victos tacere compulisset, palam factum est, Latinos homines, qui jampidem bellicis artibus & armorum gloria Græcos superaverant, ætate nostra etiam literis & omnium doctrinarum genere antelre. *Æneas Sylv. c. 52. Europæ.*

In vita S. Pachomii refertur, quòd Philosophus quidam Theodoro discipulo S. Pachomii hæc tria ænigmata proposuerit: ad quæ ipse ita soleret respondit. Primum. Quis non natus, mortuus est? Respondit Theodorus, Adam. Secundum. Quis natus est, nec tamen mortuus? Respondit: Enoch, qui translatus est. Tertium. Qui mortuus est, nec tamen corruptus? Respondit: Uxor Loth, quæ in statuum falis est conversa. Poterat addi Christus Dei filius, ejusque mater benedicta.

THEODECTES Phalensis apud Hermippum hæc proposuit.

1. Quid est quod nescimus, & docemus omnes? Medicinam, vel animum exponunt.
1. Quid idem nusquam, & ubique est? Tempus, ait Athenæus.
3. Qui idem in cælo, terra, & mari est? Canis, inquit.

HOMERO PROPOSITUM ænigma à piscatoribus: *Quod captum est, perit, sed que non cepimus, adsunt: De pediculis. Refert Herod. in vita.*

* Familiare est in Virgil. Bucolicis de Puteo, Cælo, vel Mundo, juxta varios interpretes:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Tres patet cæli spatium non amplius ulnas.

Iterum: *Dic quibus in terris inscripsi nomina Regum Nascuntur flores, & præmia solus habeto.*

ÆNIGMATUM USUS.

Ænigmata olim mittebant Reges finitimis alterutris, & Sophisticas questiones: quas si nescirent dissolvere, multabantur pecunia, aut alia re. Qui verò poterant ea dissolvere, sapientes habebantur. *M. Ant. Nat. l. 1. de Pulchr.* Græci quoque peracto convivio, mensique remotis, sibi ipsos nodos, gryphos, & scrupulos, ut dicebant, cum pœna & præmio proponebant. *Nat. l. 1. de Pulchr. l. 1.*

A. ATHENIENSES penam posebant phialam vini diluti exhaudentem ab eo, qui gryphum non enodaret. Præmium laus erat & carnum distributio & visceratio. *Ita Jul. Pollux l. 6.* Quin & curiam potioni immixtam bibere consuevit, & anteo haustu calicem epotasse. *Athen. refert l. 12.* Apud Assyrios aurum pendebant, & accipiebant. Imò & Sampson tunicam & fundonem enodanti obtulit. *Judic. 14.*

* Nomenclator domus lectori consuetudo.

PLATONIS ænigma erat l. 5. de legib. Homo, non homo: videns, non videns: alitem, non alitem: percussit, non percussit: lapide, non lapide: super arbore, non arbore.

ATEXIDIS istud apud Athen. Non est mortalis, nec immortalis: nec ut homo, nec ut Deus vivit. Cùmque nascatur sobinde novè, perit tamen ejus præsentia: Invisibilis, notus tamen omnibus.

TEUCRI. Animal sine spinibus, sine spinis, exos, testaceo tergo, prælongis oculis deorsum succentibus, sursumque se attollentibus.

Est qui me genuit, sine me nec nascitur ipse.

ALUD SYMPHOSII POETA.

Est domus in terris, clara que voce refertur.

Ista domus resonat, tacitus sed non sonat hospes.

Ambo tamen currunt, hospes simul & domus una.

Iterum, ex BENCIO, aliud.

Quod volui, expressi: quas pressi, collige vocet.

Signa dedi hæc dubiis quantumcumque notis.

Oedipus hanc peritur solvendi ænigmati auctor:

Laus fore alle minor, restatibi major erit.

Stat directè silex terenti circumdata gemma, I

Insera par superè, que brevis ora patet.

Hinc atque hinc gemma solido ex adamante columna, H

Inter se, & siliis membra capique pares.

Perque illas uno sinu transperfa tenore

Figula, que mediam lenis ut amque jugat.

Partibus insequitur formati flexibus arcus, C

Cui prope sit velox apta sagitta manu.

Addit his elypti, Lhaeba lampadis instar, O

Quem velut a torro sic coisile putes.

Finditur in partes ambas valde longa: per amplum T

Leva, sed angustum dexter amonstrat iter.

Interque Erigonam, & ducentem tardas Booten C

Plausura, nitent flavi verticis exuvie.

Hæc mihi compone (est facilis labor) ægic quid sit.

Nil erit, in toto quod juvet orbis officio.

Franciscus Bencius l. 5. Carminum.

Sum, nandum à circolo confectus morte, sepultus:

Flaudurna, hanc saxum, non humus ulla tegit.

Erloquor, & sapio, & vitalibus abdicor auris,

Meque capere vocis, meque vebit simululo.

Ex tom. 4. Dialog. Jacobi Pontani.

Est unus genitor, cujus sunt pignora bis sex.

Hic quoque tringint a nate, sed dispare forma:

Aspice hinc nivea, nigri sunt vultibus inde:

Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Ex eodem.

Dom mea me genitrix gravidæ gestaret in alvo,

Quid pareret, servat consulsisse Deos.

Mas est, Phoebus ait. Mars femina, Iunogue neutrum.

Cumque forem natus, Hermaphroditus eram.

Quærenti leihum, Dea se ait: Occidet armis,

Mars erue, Phoebus aquis: Sors vana quæque fuit.

Arbor obumbrat aquas, ascendo, decidit ensis,

Quem casu trileram, labor & ipse super.

Per ramis hæsit, caput inclat amne, tulitque

Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, cruceum.

Legitur in volumine oper. Virgil. etique in certis auctoris.

ÆNIGMATA SACRA.

Ex Prophetis veteris Testamenti oratione digesta, & breviter explicata.

Ex lucubracionibus Cornelii à Lapide Societ. Jesu Comment. in eisdem.

AC PRIMUM EX PROPHETIS MAJORIBUS.

EX ISAJA.

1. Consummatio abbreviata inundabit justitiam, q. d. Paucitas Iudeorum à Deo abbreviata adeo, ut videatur esse consummatio, id est consumptio & interitus eorumdem, faciet ut iustitia & salus Dei se propages & diffundat per omnes gentes, easque quasi inundet. c. 10. 7.

2. Computretet Jacobi à facie olei. q. d. Omnis servitius

evanescet à facie gratia & consolacionis Dei, vers. 22.

3. Egredietur virga de radice Jesse, & ros de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Virga Jesse est B. Virgo, de qua germinavit filius Christus, super quem requiescit septiplex spiritus Domini. cap. 11. 1.

4. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos. Lupi, pardi, leones, sunt gentes barbare, quæ ad fidem Christi conversæ ferociam posuerunt: & cum vitulo & ove, id est cum fidelibus Christianis pacificè & amicè versantur, sumuntque se à puero, id est, à simplici pastore regi. vers. 6.

5. In die illa (erit) radix Jesse, pura Christus gloriosus, qui stat in signum, id est vexillum, populorum: ipsum Gentem deprecabuntur, & erit sepulchrum ejus gloriosum, v. 10.

6. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. q. d. Vni Iudei olim scientes de petra quasi de fonte biberunt: ita Christiani de Christi fontibus bibent aquas doctrine & gratia ad satietatem. c. 12. 3.

7. Onus Babylonis. q. d. Mine & oracula tristitia contra Babylonem. Super montem caliginosum. q. d. contra Babylonem, que caligine vaporum Euphratis & fumi produntis ex tot ejus domibus & facis obtegitur, vos à Persæ, levate signum, id est, vexillum militære. Ego mandavi sanctificatis meis, puta Persis, qui quasi milites & Sacerdotes mihi consecrati sunt, ut mea iustitia mactent & immolent impios Babylonios. c. 31. 1.

8. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris: corruisti in terram, qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super altitudinem Dei exaltabo solum meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detrahetis, in profundum laci. q. d. Quomodo Balthasar monarcha, qui splendore & gloria videbatur esse quasi lucifer stella, ac in factu quasi Lucifer, angelorum olim principis, de throno monarchie tue, quasi de cælo, corruisti prociatus regno & vita, ac dejectus in tartara? c. 14. 12.

9. De radice colubri egredietur regulus, & semen ejus abfotens volucrem. q. d. Ex Davide & Ozia nascetur Ezechias, qui gravius quam ipsi vos, à Philisthæi, affiget, ut vi deatur vobis esse basilius, qui suo aspectu, & afflatu, etiam aves volantes necat & absorbet. vers. 29.

10. In tribus annis quasi anni mercenarii auferetur gloria Moab. q. d. Post tres annos vastabitur Moab à Chaldeis, qui ejus opes quasi pro mercede à Deo accipient, quia ei servierunt in expugnatione Ierusalem, & punitione altarum gentium. c. 16. 14.

11. Væ terre cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ, quia mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Itæ angeli veloces ad gentem convulsam & dilaceratam, ac populum terribilem, post quem non est alius ad gentem expectantem & conculcatam, cujus diripuerunt flumina terram ejus. q. d. Væ Æthiopiæ, quæ superbe ostentat suas copias, cum ea nihil habeant præter inanem ostentationem, strepitum, & velut cymbali tintinnum, quæ sita est trans Nilum, & per illum in navibus ex papyro mittit suos legatos, & milites in Ægyptum: nam vastabitur per Sennacherib, & postea per Nabuchodonosor. Vos ergo, o Sennacherib & Nabuchodonosor, quasi angeli mei ite, & vastate Æthiopes, qui sunt gens convulsa, id est, à me per vos convellenda & dilaceranda, esto videatur esse terribiles. c. 18. 1.

12. In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan, & jurantes per Dominum exercituum: civitas Solis vocabitur una. q. d. Quinque metropoles Ægypti, id est, tota Ægyptus suscipiet fidem Christi, Deumque verum colet & laudabit. c. 19. 18.

13. In die illa erit altare Domini in medio terre Ægypti, & titulus Domino juxta terminum ejus erit in signum, & in testamontum Domino. Tit. vocat cruceum, statuas, columnas & templa, quæ Ægyptiæ conversæ ad Christum ipsi erexerunt. vers. 10.

14. In die illa erit Iisael tertius, Ægyptio & Assyrio benedictio in medio terre, cui benedixit Dominus exet circum, dicens, Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Assyrio: hæreditas autem mea Iisael. q. d. Ægypti & Assyrii jam inter se inimici, sub Christo conspiraverunt in unam Ecclesiam, ac cum Israelitis colent verum Deum, ideoque ab eo benedicentur: Dei enim hæreditas est Iisael, id est, populus Christi: anis in Iisrael ortus. vers. 24.

14. Onus deserti maris. q. d. *Propheta minax contra Babylonem, que cum fuerit mare Gentium, nunc a Deo per Cyrum desolabitur & redigetur in desertum. Sicut turbines ab Aficio veniunt, ita de deserto venit turba & turbo Persarum & Medorum contra Babylonem. Cap. 21. 1.*

16. Vade pone speculatorum. Ervidit speculator curtum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem camelii. *Ascensor asini, id est, Persarum vilius & servilius Rex, est Cyrus, ascensor camelii, id est, Medorum nobilissimus Rex, est Davrus: hosce duos speculatus est hic Isajas, viditque eos junctis curribus & copiis invadere Babylonem. Vers. 6.*

17. Et clamavit leo. Super speculum Domini ego sum stans jugiter per diem. q. d. *Isajas quasi leo vigilat jugiter excubo, ut futura ex revelatione Dei discam, & alii prænuntiem. Vers. 8.*

18. Tritura mea, & filii areæ meæ, quæ audivi a Domino exercituum Deo Israel, annuntiavi vobis. q. d. *O Iudei, qui in Babylone fuistis quasi in tritura, annuntiabo vobis ea quæ a Deo audivi de Babylone excidio, & vestra liberatione. Vers. 10.*

19. Ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? idixit custos: Venit manè & nocte: quæritis, & convertimini, venite. q. d. *Ego Isajas video audire Idumæos, adventantibus Chaldaeis, pavidos, dicere excubitori: O excubitor, venit visibilis, quid visisti nocte de Chaldaeis quibus ipse respondit: Venit manè & nocte. q. d. Instat aurora, & tamen adhuc est nox: quare si quo vultis excurrete, si quid foris querere festinate, & quærite, ac mox in urbem redite, antequam hostis evigilans pergens sit, vobis que reditum præcedat. Vers. 11.*

20. Adhuc in uno anno quasi in anno metentur. & auferetur omnis gloria Cedar. *Vide dicta superius c. 16. 14. v. 16.*

21. Onus vallis visionis. *Ierusalem vocatur vallis visionis, id est, propheta, erat enim sedes Prophetarum. Alludit ad Montem Moria, id est, visionis. Cap. 21. 1.*

22. Onus Tyri: Ululate naveis maris, quia vastata est domus, unde venire consueverant. *Cap. 23. 1.*

23. In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges ejus. q. d. *Ægyptus ex aqua Nili exundantis fit fertilis, & copiosum dat messem ac fruges. Vers. 3.*

24. Erubescet Sidon, quia tua colonia, & quasi filia, puta Tyrus, vastata est. Ait enim mare, & non parturivi, & non peperivi, & non enutrivivi juvenes: mare, id est, Tyrus maris domina, ita incellit & filii per hanc cladem orbata est, ac seminumque ex peperisset, vel auisset. *Vers. 4.*

25. Transi terram tuam quasi flumen filia matris, non est cingulum ultra tibi. q. d. *Os filia matris, id est, O Tyre, Chaldeus cingulum maris undaque te ambientis tibi ademit: illud enim terra implevit, itaque te expugnavit: transi ergo quasi capriva, non per flumen, sed per terram in Babylonem. Vers. 20.*

26. Secretum meum mihi, secretum meum mihi, vae mihi. q. d. *Vae mihi, quia explicare nequeo horrendam supplicia peccatoribus a Deo decreta, quæ mihi secreta ab eo revelata sunt. c. 24. 16.*

27. Morientes non vivunt, gigantes non resurgunt. q. d. *Superbi & tyri anni, quales fuerunt gigantes, moriantur morte æternam in gehenna, non ad vitam beatam resurgant. Cap. 26. 14.*

28. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro & grandi & forti super Leviathan serpentem vetelem, & super Leviathan serpentem tortuosum, & occidet eum, qui in mari est. *Leviathan, sive cerus hic, est ænigma diaboli, qui est serpens antiquus fortis, ut velle: hunc occidet Deus, cum in die judicii eum omni sua potestate, quam in hoc mundo exercuit, privabit, eumque detruet in tartara ad mortem æternam. Cap. 27. 1.*

29. Qui ingrediuntur impetu ad Jacob, forebit & geminabit litæ, & implebit faciem orbis femine. q. d. *Apostoli, qui magno spiritu impetu concionabantur Iacobis, id est, Iudeis, facient eos florere virtutibus, ac implebunt orbem femine Evangelii. Vers. 16.*

30. In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, iudicabis eam. q. d. *Æqua mensura pumies eam, ut magnitudo pœne adequet magnitudinem culpe. Vers. 8.*

31. In ficitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens. q. d. *Iudei ita suse assilgentur, ut inopes consilii ab uxoribus suis docendâ sint, quod in tanta afflictione factio sit opus. Vers. 11.*

32. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum: ab lactatâ lacte, avulsos ab uberibus. q. d. *Deus dicit scientiam iis, qui se avellunt a deliciis carnalibus. Cap. 28. 9.*

33. Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. *Sunt verba sanctorum, qui per irrisumem repetunt verba Prophetarum, Manda remanda, &c. Vers. 10.*

33. In loquela enim labii, & in lingua altera loquetur ad populum istum. q. d. *Sicut Hebræi subannuntiant lingua Hebræa Prophetas: ita subsannuntiant eos Chaldaei lingua Chaldaice, non Hebræice: unde subdit. Vers. 11.*

Et erit eis verbum Domini: Manda remanda, manda remanda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicum ibi, modicum ibi; ut vadant & cadant retrostrum, & conterantur, & illaqueantur, & capiuntur. q. d. *Quia illi disserunt verbum Domini, ejusque præcones, dicendo, Manda remanda, &c. idcirco proferentur & capiuntur. Vers. 12.*

34. Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat: & pallium breve utrumque operire non potest. q. d. *Non potestis me colere cum idolis, nec me cum iis in eodem templo collocare, templum enim meum meaque religio angusta est, & me solum capit, non idola. Vers. 20.*

35. Sicut enim in monte divisionum stabit Dominus, sicut in valle, quæ est in Gabaa, ita faciet opus suum, alieni opus ejus: ut operetur opus sui, peregrini est opus ejus ab eo. q. d. *Sicut Deus in Baal Pharaonem, id est, in monte divisionum pugnavit pro Davide, dirigit & dispergit Philisteos, & sicut in Gabaa pro Iosue stetit solem, ut caderentur Chananei: & nunc quasi hostes disperget & cadet, esto hoc opus vindiçte ab eo sit quasi alienum: iratus enim punit iis, cuius proprium est misereri. v. 21.*

36. Vae Ariel, Ariel, civitas quæ expugnavit David Ariel, id est, leo, vel aries Dei, est Ierusalem, quia in ea erat altare, in quo arietes Deo immolabantur: quocirca ipsa deserta a Deo, & erit Gentibus terribilis, ut leo: at jam ab eo deserta & vastata, erit quasi aries jugulans, & immolans divina vindicta. *Cap. 29. 1.*

Et circuevallabo Ariel, & erit trinitas & merces, & erit mihi quasi Ariel, puta quasi aries, mea justitie immolatus. *Vers. 2.*

37. Nonne adhuc in modico, & in brevi converteretur Libanus in Charnel, & Charnel in salum reputabitur: Libanus pars Phœnicie, ænigma est Gentium, Charnel Iudæorum, q. d. Phœnicie, hoc est, Gentiles per Christum florebit sicut & gratia; Iudæi vero ipsi rebelles a secent & sivecent. *Vers. 17.*

38. Onus jumentorum Austri, q. d. *Ante Deum contra Iudæos, qui quasi jumenta suis bonis omnia fugiunt in Ægyptum, que Iudæa est ad Austrum, itinere enim, puta in deserto, occurrunt eis leones, vipere & reguli, qui eos lañabunt. Hoc est enim quod subdit: In terra tribulationis & angustie læna, & leo ex eis, vipera & regulus volans: portantes super humeros jumentorum divitias suas, & super gibbos camelorum thesauros suos ad populum, qui eis prodesse non poterit. Cap. 30. 3.*

39. Preparata est ab heri Topheth, a Rege preparata, profunda & dilatata. Nutriticia ejus ignis, & ligna multastatuta Dom. sicut tortus (ulphur) succedat. Topheth est ænigma inferni, quia sicut in Topheth ignis crematur in honorem Moloch, ita in gehenna crematur animi ad libitum diaboli. *v. 3.*

40. Gaudium onagrorum pascua gregum, donec edufundatur super nos spiritus de excelso. q. d. *Durabit Iudæa vastitas, ut in ea non homines, sed onagri pascantur, donec Christus in eos mittat spiritum fidei & gratia, qui eos ad Deum & salutem convertat. Cap. 33. 14.*

Et erit opus justitiae pax, & cultus justitiae silentium, & securitas opus in sempiternum. q. d. *Merces fidelium erit, ut justitiam a Christo consequantur. Primo, pacem conscientia, secundo, silentium, id est, quietem & tranquillitatem summam. Tertio, securam fiduciam beatitudinis æternæ. Vers. 17.*

41. Grando autem in dejectionem salus, id est. q. d. *Ira Dei grandinabit, & percutiet Iudæos, qui a vero Dei cultu, suaque gloria deservierunt & descenderunt, factique sunt in Hissar agri deserti & sivecentis. Vers. 19.*

42. Beati, qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis & asini. q. d. *O vos beatos, Apostoli, qui in omnes aquas, id est, in omnes populos, immittitis boves & asinos, id est, operarios & prædicatores Evangelii. Vers. 20.*

43. Et tabescet omnis militaria colorum, & complicabuntur sicut liber cæli, & omnis militia eorum defuit, sicut defuit folium de vinea & ficu. q. d. *In fine mundi stelle de celo cadent, cælique ita obscurabuntur, ut tabescere & evanescere videantur. Cap. 34. 4.*

44. Quis sultavit ab Oriente justum (Abrahamum) vocavit eum, ut sequeretur fidei: sicut ibi, in conspectu ejus Gentes, & Reges obtinebit: dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam raptam arcu ejus. q. d. *Quis vocavit Abrahamum, eumque gloriosum efficit, ut tabescere & evanescere regibus: Gen. 14. nonne ego Deus: Cap. 41. 2.*

Quis hec operatus est, & fecit, vocas generationes ab exordio: Ego Dom. primus & novissimus ego sum. *Deus enim est Rex seculorum, ea constituens, disponens & ordinans. Vers. 4.*

45. Primus ad Sion dicit, Ecce adfunt Apostoli, & præcones Evangelii, & Jerusalem Evangeliam, id est, Evangelistas & prædicatores Christi, & salutis, dabo. *Vers. 26.*

46. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; surdum; & aures ei sunt. q. d. *Populus meus habet oculos, & tamen est cæcus, quia eos claudit: arguit habet aures, & tamen est surdus, quia eas obturat motibus Dei: sursum videns videt, audiens non audit, qui non vult visa & audita intelligere & opere complere. c. 43. 8.*

47. Glorificavit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in in vivo, ut darem potum populo meo, electo meo. q. d. *Gentiles, qui in gentillimo vixerunt ut bestie & dracones, jam per Christum facti homines, imo Angeli, glorificabunt Deum: quia dedi in fluminibus gratiam, v. 20.*

48. Hic scribit manu sua Domino, id est, Domini ego sum servus: & in nomine Israel assimilabitur, id est, cognominabitur Israel, sive Israelite. *c. 44. 5.*

49. Confractus est Bel, contritus est Nabo. q. d. *Babylon cum suis diis, Bel & Nabos, eversa est & contrita. c. 45. 1.*

50. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulante in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. Peccator per peccata quasi per solem & ligna arida, accendit sibi ignem ire Dei, vindiçte & gehennæ: unde fit id quod sequitur: In dolobus dormietis. *c. 50. 11.*

51. Attendite ad petram, unde excili estis, ad cavernam laci de qua præcisi estis. Excusio est petra & caverna, ænigma est generationis Abrahæ & Saræ, sterilitum, nisi petra est sterilitas, Elebra cum generare vocat adificare domum, & filios vocat banim, q. abanim, id est, lapides, ex quibus quis domum costruit. *c. 51. 1.*

52. Recedentes recedite: exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio ejus, mandamina qui fertis vasa Domini. q. d. *Exite a Babylone, a Israelite, ne ejus sceleribus, aquæ ad clade & strage polluantur. c. 52. 11.*

53. Sicut obturperantur super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus ejus: & forma ejus inter filios hominum, iste asperget gentes multas: super ipsum continebunt Reges os suum. Est ænigma Christi, qui inglorius fuit in natiuitate, vita & morte: sed, sanguine suo aspergit & ablut gentes omnes, & ideoque eiusque regibus suis subdidit: unde sequitur: Quia quibus non est narratum de eo, audierunt; & qui non audierunt, contempserunt. q. d. *Gentiles ignorantes Deum & salutem, per Christum eam aspexerunt. Vers. 14.*

54. Dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua. q. d. *Deus impios, & divites Christo subdat, in præmium sue mortis & sepulture, ac nominatim faciet, ut Joseph ab Arimatea, vir nobilis & dives, eum honorifice sepeliret. c. 53. 9.*

55. Pro falanica ascendet abies, & pro fetica crecet myrtus. q. d. *In Ecclesia pro virtutibus crescent virtutes. c. 55. 13.*

56. Et erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur. q. d. *Deus in Ecclesia habebit nomen, laudem & monumentum perpetuum. c. 55. 13.*

57. Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt univervi: canes multi non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes fœnia; & canes impudentissimi nescierunt saturitatem: Hi canes speculatores & excubitores sunt ænigma pravorum pastorum, qui non saluti gregis, sed sua gula, acedia, avaritia studerunt, unde explicans subdit: Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam, omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam, à summo usque ad novissimum: venite, sumamus vinum, & implemur ebrietate. *c. 56. 10.*

58. Vos autem accedite huc filii auguraticis, semen adulteri & fornicarie, super quem lussit super quem dilatastis os, & fecistis linguam in unquod non vos filii cælesti, semen mendax: Hec sunt ænigmata & rituli, idolatrarum & impiorum, qui augurios & superstitionibus dediti, non Dei, sed demoni & impietati sunt filij: unde de iis subdit, Superpisti adulteri (Dei alieni) dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis: sedus dilexisti stratu coram aperta. Et ornasti te Regi (Moloch) idolo, jungentur, & multiplicasti pigmenta tua. *c. 57. 3.*

59. Spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Est ænigma Dei, qui solus creas animas hominum, eisque spiritum vitalem, tum naturalem halitus, tum supernaturalem gratia, indat & inspirat. *Vers. 16.*

60. Creavi fructum laborum pacem. q. d. *Pietatis & orationis fructus est pax. Non impij sunt quasi mare fervens, quod quiescere non potest. Vers. 19.*

61. Ova aspidum rupeunt, & telas araneæ texerunt: qui comedent de ovio corum, morietur: & quod comosum est, etumperet regulum. Est ænigma improborum, qui alios sua improbitate inficiunt. q. d. *Sicut aspi ovum ponere nequit, nisi*

si aspidum & venenatum; ita hi improbi adeo improbitate referri sunt, ut nil nisi improbum & noxium emittant: qui ergo eis se sociaverit, ab ipsis, & cum ipsis non nisi exitum & pestem hauriet. Eisdem comparat telas aranearum subtilibus. q. d. *Improbis suis actibus semper nocent, profunt iniquam.*

62. Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbae ad fenestras suas? Nubes & columbae sunt ænigma fidelium, qui predicantibus Apostolis curram ad Ecclesiam convolarunt, sicut flante vento dense per aera volant nubes, ac imminente pluvia gregatim columbae ad nidum revolant. *c. 60. 8.*

63. Pro ere afferam aurum, & pro fetra afferam argentum, & pro lignis as, & pro lapidibus fetrum: & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. Alludit ad templum Iudæorum, illique Ecclesiam comparat & profert, q. d. Synagoga succedet Ecclesia, in qua omnia angustiora erunt, magisq; magisteria, quam fuerint in templo. In eam enim adducam pro figura veritatem, pro umbra lucem, pro spiritu timoris & servitutis, spiritum amoris & libertatis, pro paucis Iudæis gentes omnes, pro bonis corporalibus charismata spiritualia, pro terrenis celestia, pro temporalibus æterna, pro humanis divina. *v. 17.*

64. Et stabunt alieni, & palcent pecora vestra: & filii peregrinorum agricolæ & vinitores vestri erunt; vos autem Sacerdotes Domini vocabimini ministri Dei nostri. Pastores, agricolæ & vinitores sunt Episcopi, & pastores Gentium: Sacerdotes sunt Apostoli & hierarchia. *c. 61. 5.*

65. Quis est iste, qui venit de Edom, cinctis vestibus de Bofra: iste tormosus in stolla sua, gradini in multitudine fortitudinis sue. Hoc ænigma Angeli proponunt de Christo decernente, & debellante demones, omnesque principes & populos Gentium, eis per idolatriam & scelera subditis, quibus Christus id resoluens respondet: Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad salvandum. Infant Angeli: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Respondet Christus: Torcular calcavi solus, & calcavi eos in ira mea; & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. q. d. *Rubricatus sum tum sanguine proprio, in passione mea effuso; tum potius sanguine hostium, quos per passionem & mortem meam debellavi. c. 63. 1.*

66. Abrahâ nescivit nos, & Isaac ignoravit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum. q. d. *Abrahâ nos curare & salvare nequit; unde videtur nos nescire & ignorare: at tu Christe nos curas & salvas, tu ergo es pater & redemptor noster. Vers. 16.*

67. Utinam dirumperet cælos, & descenderet: facie tua montes defluerent scilicet exultio ignis tabulæ cetera, quæ atterent igne. Est ænigma adventus Christi summe desiderati. Alludit ad adventum Dei in Sinâ, cui legem dedit Moysi: nunc, præter morè imbribus violetis ignes & fulgura permittat fieri, q. d. *utina similiter nunc ad nos, Christe, in carne descenderes, & gelu cordis nostri igne amoris tui divini liqueceres, & aquas corporis & vitiorum nostrorum, in flamas fervoris & zeli converteres. c. 64. 1.*

68. Erunt campetria in caulis gregum, & vallis Achor in cubile æmentorum populo meo, qui requisierunt me. Pro campetria, Hebr. est Saron, qui fuit locus Iudæa, laudatissimus ob pascua. Similis fuit vallis Achor. Præterque locus est ænigma & symbolum Ecclesia. Illi ergo promittit hic Deus, quod instar Saron, & vallis Achor, erit compascua: quia nimirum in ea fideles pascuntur verbo Dei, Sacramentis, aliisque Dei charismatibus. Armenta sunt pii robustiores in fide, qui apert sunt ad docendum & regendum: greges sunt infirmiores & subditi. *Vers. 10.*

69. In quo Domino qui benedictus est super terram, benedictus Hæcetur in Deo, Amen, & qui jurat in terra, jurabit in Deo, Amen. q. d. *In Ecclesia Christi fideles jurabunt, & colent Deum, amen, id est, verum, non falsum, puta idola, quæ ante coluerunt: ideoque pariter verè a Deo amen, id est, verò, benedicentur. c. 65. 16.*

70. Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non implet dies suos. q. d. *Peri Christi erunt perfecti in fide & virtutibus; quoniam puer centum annorum morietur, &, id est, peccator centum annorum malitiosus erit. Vers. 20.*

71. Secundum dies ligni vite erunt dies populi mei. q. d. *Christiani vivent in æternum, ac si ex ligno vite in paradiso comederent. Vers. 22.*

72. Egredietur, & videbitur cadavera vitorum, qui prævaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt utiq; d. fatietate visionis omni carni. Est ænigma inferni & damnatorum: horum enim corpora erunt quasi cesorum cadavera pabulum ignis & vermis, sicut aculum & probum æternum Dei, Angelorum & Sanctorum annuum. *c. 66. 24.*

ÆNIGMATA JEREMIE.

1. Curfor levis explicans vias suas. Curfor levis & velax, est

A est enigma camele, que a cursu veloci dicitur dromedaria, quasi dicitur: Sicut camele, dum aestro libidinis agitur & furit, procurrit ad mare: ita tu, o Jerusalem, infans superstitione agitata procurris ad idola. c. 2. vers. 23.

2. Onager allucinat in solitudine, & in desiderio animæ suæ attrahit ventum amoris sui: nullus avertet eam: omnes qui querunt eam, non deficient: in mensuris ejus inveniunt eam. q. d. Sicut onager allucinat libidine autem attrahit, ut aestum refrigeret, ac allucinat procurrit ad onagram, ita tu tota contento animo & cursu procurris ad idola: Si quis te querat, ibi in mensuris & foribus tue fornicationis, id est, idololatriæ, te inveniet. Vers. 24.

3. Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra ferotina? q. d. Nunquid inutilis & sterilis sum Israeli, ut est solitudo, aut terra que extra se nihil producit, vel sero? q. d. Minime; ego enim dedi eis terram lacte & melle manantem. Quare ergo dixit populus meus, Recessimus, non venimus ultatæ te? Vers. 31.

4. In alis tuis inventus est sanguis animalium pauperum & innocentium: non in fossis inveni eos, sed in omnibus, quæ B supra memoravi. Est enigma accipitris, qui dum prædam occidit, ejus sanguine alas suas inficit. q. d. Tu, o Israel, instar accipitris involans in pauperes & innocentes, eorum sanguine vestes tuas cruentasti: idque non in fossis mare furum & latronum, sed in lucis & foribus idolorum, quibus eos quasi vitimas immolasti. Vers. 34.

5. Novate vobis novale, & nolite serere super spinas. q. d. Sicut in agris, ut si sit capax seminis, spina prius evellende sunt & ager arandus, ut fiat novale: ita & vos a spinis vitiorum agrum cordis vestri expurgate, eumque humilitate & contritione arate, ut fiat novale capax seminis divini, puta gratiæ & virtutum. Unde explicans subdit: Circumcidimini Domino, & auferite præputia, non carnis, sed cordium vestrorum. c. 4. v. 3.

6. Ascendit leo de cubili suo, & prædo Gentium se levavit. Hic prædo & leo est Nabuchodonosor, & quivis tyrannus, cubile ejus est Chaldaea. Vers. 7.

7. Alpexit terram, & ecce vacua erat, & nihil; & cæcos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce movebantur. q. d. Tantis erit in excidio Judæorum pavore & consternatio, C ut eis cælum & terra concussæ, perire & interire videantur. Vers. 23.

8. Circuite vias Jerusalem, &c. & quarite in plateis ejus, an inventiatis virum facientem iudicium, & quarentem fidem; & propitius ero ei, scilicet Ierolyma propter unum virum. Virum, qui virtute solida sit vir, querit Deus: hunc plures faciunt, quam centum feminas: femina sunt, in virtute molles & instabiles. Sicut virum Athenis quærebat Diogenes. c. 5. v. 1.

9. Idcirco percussit eos leo de silva; lupus ad vesperam vastavit eos; pardus vigilans super civitates eorum. Triplex hic est enigma Nabuchodonosoris. In se enim Primo, vocatur leo, ob terrorem & ferocitatem: Secundo, lupus ob voracitatem: Tertio, pardus, ob celeritatem & vigilantiam. Vers. 6.

10. Ecce do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. q. d. faciam, ut oracula tua & mina tua sint efficacia, & respice compleantur, ut quasi ignis comburam Judæos tanquam arida ligna. Vers. 14.

11. Pharetra ejus (gentis Chaldaeorum) quasi sepulchrum patens. q. d. Chaldaei suis sagittis validis confregendo Judæos, mittent omnes ad mortem & sepulchrum. Vers. 16.

12. Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos de foris, juvenes de plateis. Ams D est enigma Chaldaeorum, ac tropologicè demonum & illecebrarum, qui non nisi cades spirant & mories. c. 9. v. 21.

13. Si cum pedibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equitibus? Si non potes minor a, quomodo poteris majora? I. Ieremia, persecutions circum tuarum Anabohitarum ferre non vales, quomodo feres vim & furorem Hierosolymitanorum? Tropologicè, sive verba mendacia sustinere nequis, quomodo sustinebis verbera & martyrium? c. 12. v. 5.

14. Seminaverunt triticum, & pinas melleverunt. q. d. Judæi prospera sperant, sed adversa sentient; felicitas eorum in miseria, copia in inopia, sementis in spinas convertetur. Vers. 17.

15. Date gloriam Deo vestro, Deum colite, illique obedite, antequam contenebrefcat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, ad quos diffusetis in excidio vobis: expectabitur lucem; & ponet eam in umbram mortis & caliginem. Umbra mortis enigma est rerum tristissimarum, sicutique angoris & periculis, unde subdit. c. 13. v. 16. Hæc fors tua, patique mensura: a me, dicit Do-

minus: quia oblita es me, & confisa es in mendacio. E Vers. 25.

16. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? q. d. Duri & ceci sunt Iudæi, æque ac Aquilonares Chaldaei: ergo sociari non poterunt, nec fœdus inter eos iniri durabit. c. 15. v. 12.

17. Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris. q. d. Site, o Ieremia, audentibus, impiis & incredulis Iudæis separaveris, si mentem tuam & os mihi meoque verbo, non negis, nec vanitatis confiteris, eris os meum: quia ipsam quibus ego conceperis & sermonebus iveris, coque per te quasi per os meum verba mea eis torique orbi enunciar, ejusque efficacia & fructus eris, quem subdit: Converterentur ipsi ad te, & tu non converteris ad eos. Vers. 19.

18. Perdix fovit quæ non peperit: fecit divitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in novissimo erit (id est, apparebit) insipiens. q. d. Sicut perdix forans ova aliena, iis incubans pullos excludit; sed hi dum adolescent, & vocem veræ matris audiunt, ad eam volant: ita & opes furto & fraudibus parte, a furibus & fraudulentis ad alios veros dominos evolvant. c. 17. v. 11.

19. Solium gloriae altitudinis à principio loci sanctificationis nostræ. q. d. Spem meam non desigo in homine, sed Deo ad ejusque solium preces meas transmitto: inde enim expecto sanctitatem, libertatem & omne bonum. Vers. 12.

20. Nunquid deficiet de petra agri nix Libani: aut evelli possunt aquæ erumpentes frigida & defluentes: quia oblitus est mei populus meus. q. d. Sicut nix & aqua de Libano deflere nequeunt, si neque in me, qui sum fons aquæ vivæ, bonorum & beneficiorum fluxus in homines, præferim fideles, ut sunt Iudæi, deflere possent. Quomodo ergo ipsi eorum, & mei oblitus fuisset? c. 18. v. 14.

21. Non Phasur vocavit Dominus nomen tuum, sed pavorem undique. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo te in pavorem, & omnes amicos tuos, & contuent gladio. c. 20. v. 3.

22. Maledicti dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictio hæc est enigma malorum & miseriarum, in qua per nativitatem quasi per januam ingredimur, unde mox subdit: Quare de vulva egredis sum; ut viderem laborem & dolorem, & confumerem G te in confusione dies mei? Vers. 14.

23. Ecce ego do vobis viam vitæ, & viam mortis. Via mortis est: Qui habitaverit in urbe hæc, meretur gladio, & fame & peste. Via vitæ est: Qui autem greffus fuerit, & transfugerit ad Chaldaeos, qui obident vos, vivet, & erit anima sua quasi solium. q. d. Si resistatis Chaldaeo, occidimini; si vos ei dedatis, vivetis: vult enim Deus, ut vos ei subjiciatis, hancque subjectionis & captivitatis punitentiam pro peccatis vestris subeat. c. 21. v. 8.

24. Galaad tu mihi caput Libani. q. d. Sicut Galaad caput est Libani, sic domus regia Davidis caput est Hierosolyma. c. 22. v. 6.

25. Sepultura asini sepelitur (puta in sterquilino, Rex Iochim occisus a Chaldaeis) protrahetur & projectus extra portas Jerusalem. Vers. 19.

26. Femina circumdabit virum, puta B. Virgo concipiet & pariet Christum. c. 31. v. 21.

27. Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. q. d. Benedicat tibi Deus, o Ecclesia, qua decorata est omni iustitia & sanctitate. Vers. 23.

28. Vitula elegans atque formosa, stipulator ab Aquilone veniet ei. q. d. Agyptus opibus & sedibus, instar vitule lascivientis exultat; at mox cohibebit eam Nabuchodonosor veniens & Chaldaea, qui suis simulis ita pangenet eam, ut nequeat quo se vertat. c. 26. v. 20.

29. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requiescit in facibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit: idcirco permanet gustus ejus in eo, & odor ejus non est immutatus. q. d. Moab vicina Sodomæ, ex ea traxit malos sapes & odores, id est, malos mores & amores, quibus quasi facibus suis insedit; qua nunquam fuit translata de vase in vas, id est, quia nunquam suam sedem, & viciniam Sodomæ reliquit, nec unquam abiit in captivitatem. Quocirca ut eos mores muret, transferam eam in Babylonem; sicut vinum in facibus suis rapidum, ut saporem & odorem muret & emendet, ex eis in aliud vas transfunditur: unde subdit. c. 48. v. 11.

30. Mitta ei ordinatorum & stratores lagulicorum, & sternet eam, & vasa ejus exhaurent, & laguliculas eorum collident. q. d.

A q. d. Mittam ei Chaldaeos, viatores sternent laguliculas, quasi vinum ex una in aliam transfusuri; sed revera vinum exhaurent, & laguliculas conterent, id est, viros, & opes Moab diripient & absument. Vers. 12.

31. Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino ejus libentur Gentēs, & idcirco commotæ sunt. q. d. Deus calicem ire & vindictæ suæ, licet extrinsecus aureum & fulgidum, propinavit Iudæis & aliis Gentibus, quem haurientes turbati sunt, & præ dolore quasi ebrii, & mentis emoti effecti. Calix hic est bellum & strages, quam omnibus intulit Nabuchodonosor. c. 51. v. 7.

32. Curavius Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & eam usque iniquitatem in terram suam: quoniam pervenit usque ad cælos iudicium (id est, supplicium & vulnus) ejus. Est vox Angelorum, vel potius gentium vicinarum, que quasi medici curare volebant Babylonem, eamque contra Cyrum defendere; sed videntes ejus cladem & excidium, discesserunt & ad sua redierunt. Vers. 9.

33. Qui habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. Est enigma Babylonis, ejusque excidii. q. d. O Babylon, que Euphrate circumdavis, & opibus affluas, venit claudes, que tibi finem asferet, excidiet, & eque pedalis, id est, aqua, & quasi ad pedem tuum fœderibus commensa. Vers. 13.

34. Quomodo capta est Sela, & comprehensa est in clypea universæ terræ? Sela est enigma Babylonis: si enim primas alphabeti Hebræicæ litteras cum ultimis ordine retrogrado commutet, Sela dicitur, quod Babel, unde explicans subdit: Quomodo facta est in stuporem Babylon inter Gentēs. Vers. 41.

35. Scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem in libro uno; dixit ad Satajam: Cum veneris in Babylonem, & videris & legeris omnia verba hæc, dices: Domine tu locutus es contra locum istum, ut disperdas eum. Cumque compleveris legere librum istum, ligabis eum ad lapidem, & projecis illum in medium Euphratem. Hoc symbolum & enigma explicat, dum subdit: Et dices: Sic submergetur Babylon, & non conserget à facie afflictionis, quam ego addico super eam, & dissolvetur. Vers. 60.

E X T H R E N I S.

1. Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus convolare sunt, & imposte collo meo. Peccata sunt quasi funis & catena: ex quibus fit jugum implexum, quod collo peccatorum imponitur. Hoc vigilat, quia Dei vigilantis oculis semper objicitur, eumque simulat, ut sciat tempore, puta impleta peccatorum mensura, caponium & ulciscatur: unde sequitur. c. 1. v. 14.

2. Vocavit advenitum me tempus vindicem, id est, vindictæ: ut me contereret: torcular calcavit Dominus virginis filia Juda, cum eam in excidio, quasi in torculari, per Chaldaeos pressit & oppressit. Vers. 15.

3. Sessionem eorum & resurrectionem eorum vide, ego sum palam eorum. q. d. Vide, ut in omnibus locis, actibus & conversationibus me irridant, in me psallant, & dicitur facient. Reddes eis invicem Domine iuxta opera manuum suarum, dabis eis scutum cordis laborem tuum, ut labore & dolore quasi sento undique reantur & cingantur. c. 3. v. 63. Vers. 64.

E X B A R U C H.

1. Quis invenit locum ejus (sapientia & prudentia) & quis intravit in thesauros ejus? Est enigma de vera sapientia practica scilicet, que beat. non speculativa, que inflat: querit enim locum ejus, ac modum & viam eam consequendi, doctique, eam non apud Philosophos, sed apud Angelos; non in terra, sed in celo; non apud homines, sed apud Deum degere indeque accersendam esse, unde subdit. c. 3. v. 15.

2. Ubi sunt principes Gentium, qui in avibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum & exterminati sunt; & ad inferos descendunt: viam autem disciplinæ ignoraverunt. Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman, Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, que de terra est, fabulatores, & exquiritores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientie nescierunt. Vers. 16.

3. Ubi fuerunt gigantes cientes bellum. Non hos elegit Dominus. Et quoniam non habuerunt sapientiam, petierunt propter suam insipientiam. Suadet deinde, eam esse in celo apud Deum. Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Non est qui possit scire vias ejus; sed qui scit universa, novit eam, & adinvenit eam prudentia sua. Qui emittit lucem, & vadit: & vocavit illud, & obedir illi in timore. v. 26.

4. Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætata

sunt, vocatæ sunt, & dixerunt, Adsumus, & luxerunt cum E jucunditate ei qui fecit illas. Hic est Deus noster, Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob (& Jacobis, puta Moysi & Hebræis) puero suo, & Israel dilecto suo. v. 34.

5. Posthæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est, ibique nos docuit ore suo veram & perfectam sapientiam, viamque ad cælum & beatitudinem. Subdit deinde; sapientiam consistere in observatione mandatorum Dei, dum ait: Hic liber mandatorum Dei, & lex que est in æternum: omnes qui tenent eam, perveniunt ad vitam; qui autem dereliquerunt eam, in mortem. v. 38. c. 4. v. 1.

ÆNIGMATA COLLECTA EX EZECHIELE.

1. Afflicto una, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis, evigilavit advenitum te: ecce venit. q. d. Tuum, o Ierusalem, excidium imminet, instat tibi finis & ultima dies. Unde subdit: Venit contentio super te, qui habitas in terra: venit tempus, propè est dies occisionis, & non glorie montium, Hebr. non celestium vindictarum. q. d. Nuper vindemiantes in montibus lætam canebant celestium, nunc canunt threnos, plangunt que in iis suorum stragem. c. 7. v. 5. v. 7.

2. Ecce dies venit, ecce venit, egredietur contractio (id est, germen primum, puta folliculus contractus) floruit vasa, germinavit superbia. q. d. Superbia & impietas Iudeorum primo quasi gemma, sive quasi folliculus contractus, egredietur, mox floruit, & germinavit in virgam qua Deus exflagellabat. Hoc est enim, quod subdit: Iniquitas surrexit in virgam (id est, excrevit in virgam) impietatis. Vers. 10.

3. Fac conclusionem (minas hinc omnes brevi sermone, quasi summa, conclude) quoniam terra plena est iudicio (id est, damnatione) sanguinum (puta sanguinibus in iudicio ab ea damnatis, & effusis) & civitas plena iniquitate. Vers. 23.

4. Conturbatio super conturbationem venit, & auditus super auditum. q. d. Calamitas una super aliam veniet, rnoros unus & nunciis tristi: mox aliam adducet & excipiet. v. 23.

5. Fili hominis propone ænigma. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Hæc aquila est Nabuchodonosor potens cœptis, & late dominans, que ex Iudæa cepit Iochim Regem, eumque transfudit in Babylonem. c. 17. v. 2.

6. Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisque plumis. Et ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis geminis sui. Hæc aquila est Pbaras, vinea est Sedecias & Iudæa, que contra Chaldaeos imploravit opem Pbaronis, sed frustra: nam uterque a Chaldaeis cesus est: ita explicat Prophetæ. v. 12. c. 17. v. 1.

7. Stetit Rex Babylonis in bivio, in capite ditarum viarum divinationem querens, commisitne sagittas, interrogavit idola, exta contumax. Ad dexteram ejus facta est divinatio, super Jerusalem. Nabuchodonosor omen cepit per duas sagittas, an contra Ammonitas, an contra Iudæos pergere deberet; cumque sagitta & fors caderet versus Jerusalem, contra eam perrexit. c. 21.

8. Tu autem profane, impie dux Israel, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hæc dicit Dominus Deus: Aufer cidarim, tolle coronam. Nonne hæc est que humilem sublevavit, & sublimem humiliavit? Loquitur Sedecias, impio & fœdistrago. q. d. Cum humilis esses, coronam regni te exiit: nunc cum superbis, eadem te humiliabit & Regno dejiciet. Unde subdit. Vers. 25.

9. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Pro iniquitatem, Hebr. est curvaturam, obliquitatem. q. d. Curvabo & deprimam secundò & tertio coronam Sedecie.

10. Ecce ego super te Gog, principem capitum Mofoch & Thubal, & circumagam te, & seducam te, & ascenderem te faciam de lateribus Aquilonis, & adducam te super montes Israel. Gog & Magog erunt Reges & gentes fera ac barbaræ, que pugnant pro Antichristo in Iudæa residenti. Unde ibidem Christo cadentur, & sepeliuntur in loco, qui inde vocabitur vallis multitudinis Gog, iuxta urbem Ammonia, ut ait v. 11. & 16. c. 38. v. 3.

11. Ecce vir cujus erat species quasi aris, & funiculus lineus in manu ejus, & calamus mensuræ in manu ejus. Stabat autem in porta. Mensus est latitudinem ædificii calamo uno, & c. Vir hic est Angelus representans Christum, qui metitur & designat fabricam novi templi, omnesque ejus partes. Hæc est idea fabricæ Christi, puta novæ Ecclesiæ Christianæ, tam militantis, quam triumphantis. Vide dict. c. 40. v. 3.

A 10. Et convertit me ad viam porte sanctuarii exterioris, que respiciebat ad Orientem: & erat clausa. Et dixit Dominus: Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transiet per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, erique clausa principii. Princeps sedebit in ea. Porta clausa est B. Virgo, ex qua sine viri copula conceptus est Christus, in eaque habitavit novem mensibus, ac per eam clausam transiit & salvi in mundum. Deus Israel ingressus est per eam, puta S. Trinitas, scilicet Deus Pater, eam sibi desponsans & maritans: Deus Spiritus sanctus, eam obumbrans & facundans: Deus Filius in eam carnem assumens. c. 44. 1.

11. Ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem, & ecce aquæ redundantes: & traduxit me per aquam usque ad talos. Rursumque mensus est mille, & traduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire: quoniam intumescant aquæ profundi torrentis, qui non potest transvadari. Ha aqua, hoc torrentis, est sapientia & doctrina Evangelica, & S. Scriptura, quæ abyssus est impenetrabilis. c. 47. 1.

B 12. Et super torrentem orietur in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus: per singulos menses afferet primitiva: quia aquæ ejus de sanctuario egredientur, & erunt fructus ejus in cibum, & folia ejus ad medicinam. Hæc ligna, id est, arbores, sunt Christiani, qui rigati aquis Evangelii, & S. Scripturae, semper virtutibus frondent, & fructificant. Fructus ergo sunt opera virtutum, quibus animus pacitur: folia sunt ceremonie, quæ salutem conferunt instructionem & medicinam. Anagaba arbores & fructus sunt dotes beatitudinis, puta visus Dei, quibus Beati fruentur in celo, ut patet Apoc. 22. & 1. Vide & Ezechiel concludens hanc totam novi templi & urbis fabricam cap. ult. vers. ult. air: Et nomen civitatis, Dominus, ibidem vers. 12.

ÆNIGMATA COLLECTA EX DANIELE.

1. Ab exitu sermonis, ut iterum edificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem & hebdomades 62. erunt, id est, universim hebdomades 69. Et post hebdomades 62. (additis septem jam dictis) id est, post 683. annos occidetur Christus. c. 9. 25.

C 2. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una. q. d. Christus prædicabit, novumque testamentum instituet tribus annis cum dimidio, & in dimidio hebdomade deficiet hostia & sacrificium: Christus enim sua morte & sacrificio aboluit omnes Iudeorum victimas. Vers. 27.

3. Et erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio. q. d. Post, & ob necem Christi, Jerusalem ejusque templum à Tito & Romanis desolabitur, hecque desolatio durabit usque ad finem mundi. c. 11. Vers. 5.

4. Et confortabitur Rex Austri, & c. post finem annorum fœderabuntur: filiaque Regis Austri venient ad Regem Aquilonis facere amicitiam, & c. Revertet Daniel hoc cap. toto usque ad vers. 36. bella gesta per 140. annos inter Reges Austri, id est, Ægypti, & reges Aquilonis, id est, Syriæ, puta inter Ptolemeos & Seleucidas, sive Antiochos. Vide dicta Daniels 11. Totum ergo caput est continuum ænigma. v. 36.

5. Et Deum patrum suorum non reputabit (Rex Aquilonis, puta, non tam Antiochus Epiphanes, quam Antichristus, cuius ille typos & prodromus.) Et erit in concupiscentiis feminarum, nec quemquam Deorum curabit: quia adversum univèrsam consurgit. Deum autem Maozim (id est, fortitudinis) in loco suo verebitur. Vers. 145.

6. Et hæret tabernaculum suum Apadno, inter maria, super montem inelym & sanctum, & veniet usque ad summum ejus, & nemo auxiliabitur ei. q. d. in Apadno in monte sancto cœdetur Antichristus. Vers. 45.

7. Uiquequò finis horum mirabilium? & audivi virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum elevasset dextram & sinistram suam in cœlum, & jurasset per viventem in æternum, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis. q. d. Per annum, & duos annos, & dimidium anni, puta per tres annos cum dimidio durabit persecutio Antichristi, unde subdit. c. 12. Vers. 6.

8. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium (ab Antichristo) & posita fuerit abominatio in desolationem, dies 1290. q. d. Per ventum Antichristi durabit dies 1290. id est, tres annos cum dimidio. v. 11.

9. Beatus qui expectat & pervenit usque ad dies 1335. nam post mortem Antichristi dabitur fidelibus sub eo lapsus, ut mininum, 44. dies ad parandum.

10. Tu autem (Daniel) vade ad præfinitum (ad mortem, que omnibus statuta & præfinita est) & requiesces & stabis in forte tua (inter electos & beatos) in finem dierum, in die iudicii. Vers. 13.

ÆNIGMATA SACRA EX PROPHETIS QUOS VOCANT MINORES, COLLECTA ab eodem Auctore.

E X O S E E.

Et erit in loco, ubi dicitur eis: Non populus meus vos: dicitur eis, Filiis Dei viventis. Et congregabuntur filii Juda, & filii Israel pariter, & ponent sibi caput unum de terra, & ascendent de terra. Est ænigma vocationis Judæorum, & Gentium ad fidem, & salutem per Christum. Hi enim antea non erant populus Dei, sed facti sunt populus Dei, & filii Dei, verique Judæi & Israelitæ, cum scilicet unum caput sibi posuerunt Christum, & cum eo ascendere cœperunt mente & conversatione sancta de terra in cœlum. c. 1. vers. 10.

Quia magnus dies Jezrahel. q. d. Celeberrimus & felicissimus erit dies ille, quo Jezrahel, id est, femem & filii Dei antea dispersi, per Christum unigenitum Dei filium congregabuntur in unam Ecclesiam, nunc militantem, postea triumphaturam in cœlis. Ibid. vers. 7.

Dabo vallem Achor (id est, turbationis) ad aperendam spem. q. d. Turbatio & desperatio erit occasio, & initium spei: ubi omnia videbuntur perita & desperata, ibi affulgebunt spes salutis; Deus enim in arcibus extremique difficultatibus maxime adesse solet, sicut aperire viam ad evadendum. c. 2. vers. 15.

Exaudiam celos, & illi exaudient terram. Et terra exaudiet iritum, & vinum, & oleum: & hæc exaudient Jezrahel. q. d. Dabo cœlis pluviam, quam tacite poscunt; ut eam communicent terræ, quæ per eam fecundata dabit triticum, vinum & oleum, quo alatur Jezrahel, id est, populus Dei: Jezrahel enim poscit triticum, & c. triticum poscit terram fecundam, terra fecunda poscit pluviam à cœlo. Horum omnium votis satisfacit Deus, dum facit, ut cœlum impluat terræ, ex eaque producat fruges ad alendum Jezrahel. Vers. 21.

Laqueus facti estis speculationem, & rete expansum super T. habebor speculationem: vocat populum speculandum, sive speculationis, & custodiam Sacerdotum & procerum commissum. q. d. Vestrum erat precipitum, præmonere, itaque avertere pericula à populo; at vos pro specula eidem facti estis laqueus; quia verbo & exemplo eum idipsum implicastis & illaqueastis, itaque in ruinam & exitium egistis: perinde ac venatores reti capiunt, & illaqueant feras & aves in monte Thabor. c. 5. 1.

Devorabis eos mensis; Aquila, neomenia, id est, nova luna, puta cum luna novus Rex, novum impertium; quæ luna, luna, & instar lune mutantur & innovantur. c. 7.

Frusticabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Ad literam primus dies est captivitas Assyriacæ: secundus, Babylonicæ: tertius, redemptionis & libertatis per Cyrum, & multo magis per Christum. Allegoricè primus dies fuit passiois Christi, secundus sepulture, tertius resurrectionis, quo seipsum, nosque in seipso à morte ad vitam Christus suscitavit. Tropolog. q. d. Cito Deus patientem sua gratia vivificat, & patientem in tribulatione cito consolatur & liberat. c. 6. 3.

Propter hoc dolavi in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei. q. d. Judæi erant duri, ut marmora: conatus ergo sum eos dolare & scalpere per Prophetas, assidue eos tundens & pulsans, nunc minando, nunc blandiendo; adeo ut Prophetas toto oraculis, verbis & concionibus fatigarim, & quasi enecarim; sed frustra: scalptra enim mea hebetavi, & Prophetas meos tantum non occidi; at ipsi marmora manent, & scalpri scalpique nolunt. Vers. 5.

Ephraim factus est subcinericius panis, qui non revertatur. Qui non invertitur, id est, que ab igne aduritur. q. d. Israel panis subcinericius, manet in suo cinere & fordibus idololatricæ, nec se ab eis avertit, ut per penitentiam redeat ad Deum: quocirca igne Assyriaco sensim comburetur & consumetur. Unde subdit: Comederunt alieni robur ejus, puta fruges & opes ejus diriperunt & devoraverunt Adyria, & ipse nescivit, ipse non advertit se consumi, & tendere in ruinam. c. 7. 9.

Ventum seminabunt, & turbinem metent. q. d. Sicut qui ferit vêtum, metit turbinem, quem causat ventus in terram factus, & conclusus: ita qui seminant idololatricam, superbia, aliaque scelera

A scelera, metent turbinem calamitatum & ærurnarum, quarum causa est idololatria, superbia, & c. Unde affini adagio idem explicans subdit:

Culmibus stans, non est in ogermen: non facies farinam. q. d. Sicut ex vento feminato nasci necit culmus consistens, germenque crescens in granum facit farinam: ita & ex idololatria & superbia nasci necit aliquid boni, quod operantem pascat & reficiat; sed potius omne malum, quod operantem affligat, & mille molestitis curique exagitet. Cap. 8. 7.

Israel factus est quasi vas immundum, puta matula, in quam Assyrii, aliaque gentes suas sordes conjiciant. Ita S. Hieron. Vers. 8.

Israel est magis solitarius sibi. q. d. Israel jugum Dei & legis exussit: vult esse liber, sibi que, ut libet, vivere, instat alini feri & sylvæstris. Vers. 9.

Speculator Ephraim Deo meo: Propheta laqueus ruinae factus est. q. d. Propheta qui debebat esse speculator populi, veritatem cum Deo, & ex ejus ore loqui, hic factus est populo laqueus ruinae: quia suis falsis oraculis & doctrinis populum induxit in exitum & ruinam. Cap. 9. 8.

Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vultum sine liberis, & abera avertentia. q. d. Inlege Israelitis poenam raram & acrem, scilicet sterilitatem & orbitatem, ut vel filios non concipiant, vel si conciperint, lactare & educare nequeant; idque quia in filii superberint, iisque sacrilegè abusi sunt, immolando eos Moloch. Vers. 14.

E X J O E.

Eum qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis. Scilicet Nabuchodonosorem & Holofernem, qui ex Aquilonari plaga, puta Chaldaea & Assyria, veniunt, avertant ab Israele. Mysticè, diabolum avertant à fidelibus. Ipse enim est frigidus Aquilo, qui suo frigore omnia bona defeciat, acediam & torporem piorum operum inducit. Cap. 2. 20.

E X A M O S.

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convertam eum: eo quod triviraverint in planities ferreæ Galaad. q. d. Ob tria, id est mala, scelera Damasci, sed maxime ob quartum, quia scilicet crudeliter lævum in Israelitas, puta Galaaditas, trivirando eos quasi triticum, non parcam eis sed pariter in eum læviam, & acciter eum puniam. Cap. 1. 2.

Non quidem currere queant in petris equi, aut arari possent in bubali: quoniam convertisti in amaritudinem iudicium, & fructum justitiae in absinthium. q. d. Equi & bubali sequuntur naturæ ductum: unde nil faciunt, ut naturæ repugnans, v. g. ut equi currant in petris, ut bubali indomiti jugo domentur, & arant. At vos, o Israelitæ, naturas rerum invertitis; quasi factis naturæ repugnanti: nam iustitiam in injustitiam, virtutem in vitium, dulcedinem in amaritudinem convertitis. Cap. 6. 13.

Qui adificat in cœlo ascensionem suam, id est, thronum, ad quem sancti de terra ascendent; & fasciculum suum super terram. Fasciculum vocat colligationem trium elementorum, aeris, aquæ & terræ. Mysticè, fasciculum Dei est Ecclesia, fide, lege, & charitate Dei constructa & colligata: Ecclesia, inquam, tum mixta & militans, tum electa & triumphans. Cap. 9. 6.

E X M I C H A E.

Quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis revertentur. q. d. Quia Samaria suas opes collegit ex idololatria (hæc enim est meretricis spiritalis) hinc eodem ad idololatriam, puta ad Assyrios raptores, devolvitur. Cap. 1. 7.

Adhuc heredem adducam tibi que habitas in Marefa. Est sarcasmus: heredem enim vocat Assyrios, qui vastabant & hereditabant Marefa, ceteraque urbes Judææ. Unde subdit: Vique ad Odollam veniet gloria Israel. q. d. Gloria Israel propulsa quasi ab Assyriis, qui ejus urbes capient, fugiet usque ad Odollam, que est in finibus Judææ, ibique cadet & extinguetur, cum Odollam capiet Assyria. Ergo tu, d. Samaria, que ac tu, d. Judæa, decalvare & tondere (in signum extremi iudicii) super filios deliciarum tuarum (Septuag. super filios tuos delicatos) dilata cultivationem tuam sicut aquila, quæ senescens toto corpore deplumatur & decalvatur: quoniam captivi ducti sunt ex te. Vers. 15.

Adhuc ignis in domo impii thesauri iniquitatis, & mensura minor va plena. q. d. Adhuc ignis cupiditatis, toties à nobis prophetis repressus & restitutus, quasi sopitus reviviscit, inardescit & increscit; nimirum thesauri qui ex iniquitate comparantur, & usu mensuratum que iso sunt minores, sed ita Deiplena: quia quod eis deest in pondere, hoc Deus

L. B. Theat. via Human. Tom. 1.

supplebit & implebit sua vindicta, onereque supplicii. E. Cap. 6. 10.

E X N A H U M.

Quasi sicut spina se invicem complectuntur; sic convivium (id est, cœtus convivarum, sive convivæ) eorum pariter potantium, consumuntur quasi stipule ariditate plena. q. d. Convivantes & compotantes Assyrii, qui in symposiis inflat coronæ & spinis contextæ & implexæ, sibi invicem in orbem sociantur, dum mensas & vina coronant: hi, inquam, ab Angelo, & à Medis, quasi stipula aridissima comburentur & consumuntur. Cap. 1. 10.

Plures fecisti negotiationes tuas, quam stella sint cœli: bruchus expansus est & volavit. q. d. Sicut bruchus sole calente alas expandit & volat; ita merces & opes tuæ, d. Ninive, quæ numero certant cum stellis, persequente te Chaldaeo, à te ad eum volabunt. Cap. 3. 16.

Custodes tui quasi locustæ, & parvuli tui quasi locustæ locustarum, que consumunt in seipibus in die frigoris: sol ortus est, & volaverunt. q. d. Sicut locustæ tam magna, quàm parvæ, nocturno frigore torpentes, Solis radius excitate, & calefactæ volant; ita tui duces & milites, d. Ninive, qui te custodiebant, veniente Chaldaeo, auferuntur. Vers. 17.

E X S O P H O N I A.

Preparavit Dominus hostiam, sanctificavit vocatos suos. Hostia pro peccato immolanda divina vindictæ, est impia Jerusalem. Sacerdotes eam immolaturi, sunt Chaldaei; quos Deus ad hoc vocavit, & sanctificavit, id est, auctoravit, designavit, & quasi consecravit ministros & executores suæ justitiæ & sententiæ. Cap. 1. 7.

Scrutabor Jerusalem in lucernis. q. d. Scrutabor Judæos in speluncis se abentes, per Chaldaeos, qui eos ubique investigabunt, ut occidant, vel capiant. Unde subdit: Er visitabo (puniendo) super viros desolatos in facibus suis, puta in peccatis suis. q. d. Sicut vinum jugiter residens in facibus suis, fit olidum, vapidum & inspidum; ideoque ab œnopoia ab eis deprimitur, & in aliud vas transfertur: ita Judæi in Judæa degentes in otio, & rerum abundantia, lascivium & luxuriant, putent & fœtent; quocirca eos inde transferam in Babylonem. Vers. 12.

Dies ira dies illa, dies tribulationis & angustie, dies calamitatis & miserie, dies tenebrarum & caliginis, dies tenebræ & turbis, dies tubæ & clangoris. Dies hæc ad literam, est dies excidii Jerusalem per Chaldaeos. Allegor. est dies mortis, & dies iudicii. Unde de ea subdit: In igne celi ejus devorabitur omnis terra; quia consummationem cum festinatione facie cunctis habitantibus terram. Deus enim iudex & vindex, quasi zelator impulsus sibi iustitiæ; honoris & amoris sui, ad vindicandum injurias sibi irrogatas, acriter puniet Judæos, & fideles, qui quasi ipse ab eo adamatæ, eo spreto, cum creaturis adulteratæ sunt. Vers. 15.

E X Z A C H A R I A.

Ex ipso (Juda) Angelus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul. Hæc sunt quatuor ænigmata principis, puta Machabæorum, & mysticè Apostolorum. Princeps enim primò, est angelus reipub. upotè qui omnia ejus latera stringit, continet & roborat. Secundo, est quasi paxillus, quia ex ipso omnium subditorum fortuna, res & spes pendunt, quasi ex paxillo. Tertio, est quasi arcus, hostes reip. stemens & profligans. Quarto, est exactor, id est victor, qui victis leges, jura & tributa imponit. Cap. 10. 4.

Aperi Libani portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. q. d. H. Aperi, d. Jerusalem, portas tuas Tito & Romanis, qui domos tuas cedras comburent. Libanus enim est ænigma Jerusalem & templi, tum quia ex cedris pinique libani erant constructa: tum quia, ut libanus arboribus, ita Jerusalem populus abundabat. Cap. 11. 1.

Vinea abies, quia cecidit cedrus. Ullulæ plebeji, quia ceciderunt magnates, qui vos protegabant: illis ergo cadentibus, cadetis & vos. Unde explicans subdit: Quoniam magnificati vastati sunt. Vers. 2.

Et assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi decorum, & alteram vocavi funiculum; & pavi gregem. Due virgæ pastorales, sive duplex pedum significat, duplex regimen Dei. Primò enim rexit Judæos amore, sceptro quasi decoris, per promissa & beneficia, dedique principes & pontifices benevolos & beneficos; quales fuerunt ante Zachariam Moyses, Josue, David, & c. post eum Machabæi, & maxime Christus. Verùm quia Judæi his recalcitrarunt, hinc fracto sceptro decoris, assumpsit sceptrum funiculi, quo cepit eos regere terroribus, minis, vinculis

K

A culis & flagellis, præsertim post Christum; ac tandem planè eos abiecit, tradiditque vastandos Tito & Romanis, ut in sequentibus docet Zacharias. *Verf. 7.*
 Et dixit Dominus ad me: *Adhuc sume tibi vasa pastoris fultis, id est, improbi; qui gregem negligit, imò expilat, ut se unam pascat & diet. Hujus vasa, id est, instrumenta, sunt machæra, vel culter ad jugulandum oves; baculus ad confringendum earum crura; laqueus ad eas strangulandum; cithara, quam neglectis ovibus pulset, ut fe oblectet. Unde subditur *Verf. 15.**

O pastor & idolum, derelinquens gregem! q. d. Tu, ò stulte & improbe pastor, non es pastor, sed umbra & idolum pastoris. Habes nomen & pedum, sed curam & vigilantiam pastoris non habes. Tales fuere Jason & Menelaus tempore Machabæorum, atque Annas, Caiphas & Scribæ tempore Christi. Talis erit Antichristus in fine mundi, qui volent adorari ut idolum & numen. *Verf. 17.*

Ecce ponam Jerusalem in superliminare crapulae omnibus populis in circuitu. Alludit ad profanationem templi factam sub Antiocho, aded ut in eo comestationibus & scortationibus vacarent, ut patet 2. Machab. 6. Quocirca templum jam non erat templum, sed popina, ganca & domus crapulae, ita ut in ejus superliminari tituli loco scyphus, quasi infigne computationis & crapulae, exponi poterit, & fortè reipia expositus sit. q. d. Græci, & nonnulli Judæi ex domo Dei fecerunt domum crapulae: Ego faciam, ut quasi ebrii in illam impingant, ut quæ Machabæis dabantur, & jam non vino, sed sanguine suo inebrientur: propinabo eis calicem tremoris, stuporis & saporis (hec enim omnia significat Hebr. Raal) ut eo conlopti æreum somnum dormiant. *Cap. 12. 2.*

Ponam Jerusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui levabunt eum, concisive lacerabuntur. Alludit ad palæstram Gentium, quam impium Jason in Jerusalem induxit, in qua certabant dilecti, id est, massa plumbea, vel faxea, quis scilicet eam altius elevare, vel longius projicere posset, qua sæpè lacerabantur manus levantium, imò ipsi levantes subinde opprimbantur. q. d. Certant Græci, ut Judæos, quasi discum & lapidem oneris è Judæa in Græciam projiciant; sed ego faciam, ut ab eodem per Machabæos lanientur & opprimantur. *Verf. 3.*

Ex Malachia.
Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitia, & salutas in pennis ejus, & egredietur, & salietur sicut vitulus de armento. Alludit ad ænigma phœnicis: hujus enim sunt pennæ. Phœnix enim est avis solaris, quia symbolum est solis. q. d. Christus ex morte redivivus orietur vobis, ò justi, quasi phœnix, id est, quasi sol justitiæ post occasum exortens qui suis radiis, quasi pennis expansis, vobis irradians, à morte vos resuscitabit, ac gloria beatitudinis & dote agilitatis donabit, ut vegeti, læti & felices exiliatis, sicut exiliant vituli benè pasci & saginati. *Cap. 43.*

Æqualitas.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ÆQUALITAS, Hebr. *Ishcher*, à verbo *Ishcher*, rectus fuit, directus est, rectus & plenus fuit. Et *Mischor* ab eodem verbo, quod cognitionem habet cum *Aschur*, beatus fuit, & *Aschur*, congruit. Græcè *Isom*, dicitur. Et est proportio habentium unam quantitatem. *Secund. B. Thom. 1. sent. dist. 9. q. 1.*

Māpae nān vāto, Isomus d'ā nān d'ēpā.
Partem omnibus tribue, equalitas sane in omnibus optima.
 Æqualitas, Græcè *Isom*, & *Isom*, dicitur. Est medium inter defectum & excessum. *Secund. Arist. lib. 2. Ethic.*
 Æquale est, quod habet quantitates mensuratas æquales. *Alb. Magn. lib. 3. Phys. tract. 7. cap. 3.*

Æquale autem accipitur plerumque in moralibus, ut sit idem quod justum, quomodo Theologi constituant Æqualitatem objectum formale justitiæ specialis, quæ id intendit, ut cuilibet tribuatur, quod suum est, id est, servat in omnibus æqualitatem debitam.

PARTITIO.

Æqualitas duplex à Philoophis constituitur. Vulgaris sive Arithmetica, quæ respicit proportionem numerorum, & quantitatem: Et Geometrica, quæ in proportionem rerum consideratur.

Et juxta hanc divisionem à Theologis etiam duplex Æqualitas statuitur. Altera reia ad rem, ut v.g. pretii ad merces; & dicitur æqualitas secundum proportionem arithmeticam, estque objectum justitiæ commutativæ.

Altera proportionis ad proportionem (ut cum est æqualitas inter res aut dignitates quæ distribuuntur, aut secundum quas illæ distribuuntur) quæ est æqualitas secundum proportionem Geometricam, estque objectum justitiæ distributivæ. Ita *Lessius l. 1. c. 2. de Just. & Jure dub. 1.*

ÆQUALITATIS SERVATÆ

EXEMPLA ET APOPTHEGMATA.

THEMISTOCLES facilitate morum multos civium sibi conciliavit, atque hinc popularem potentiam est adeptus. Itaque cuidam ipsum admonenti, Penè principatum geres Athenis, si cunctis æqualis & communis esse volēs: respondit, Nunquam es sella incederem, unde nihilo plus à me ferrent amici, quam alieni. *Plut.*

DIOGENES, pecuniis si quando egeret, eas ab amicis accipiebat. At cum à quibusdam ob id fugillaretur, quod præter Philosophi dignitatem, mendicorum more pereret: Imò, inquit, non peto, sed repto. Reptum autem mutuum, aut depositum. Amicus autem egentis amico dans, non donat, sed reddit potius id quod amico debet: quoniam amicorum omnia debent esse communia. *Lact. lib. 6.*

EPICURUS mirum in modum Pythagoræ institutum improbabat; qui cum doceret, amicorum omnia esse communia, jubebat, ut discipuli, quod quisque habebat, deponeret in commune, dicens: Id esse differentium verius, quam amicorum. Nam si quis verus est amicus, nihilominus habeo pro meis, quæ illa possidet, quam si deponisset. Qui diffidit autem, aut non est verus amicus, aut dubitat de amico alterius. *Erasm. lib. 8. Apoph.*

PLATO felicem & beatam esse eam civitatem inquit, in qua istæ voces, *Meum, & non meum*, proferri non audiantur, ed quod communibus, quoad fieri potest, rebus, quæ quidem alicujus æmulationis sunt, uti cives debeant. Sed multo magis hujusmodi vox è connubio eximenda est. *Plut. in nuptialibus præceptis. & Stob. serm. 71.*

IDEM, Servi & domini, inquit, amici nunquam erunt. Nec probi, nec improbi, etiam si æqualibus afficiantur honoribus. Inæqualibus enim æqualia & inæqualia sunt, nisi mensuram accipiant. Nam propter hæc utraque feditio nibus replentur Respublicæ. Verus enim princeps illi sedulo, ab æqualitate amicitiam procreat, & sic lib. 6. de legib. *Stob. serm. 42.*

LEONIS Eurycratidis filius, interrogatus, in qua tandem urbe aliquis possit vitæ vitam agere: In ea, inquit, quam qui incolunt, neque plus possident, neque minus, & ubi justitia viget, justitia imbecillitas est. Graviter admonuit, æqualitatem esse pacis & tranquillitatis alticem, inæqualitatem feditio nis esse seminarium: nec ibi locum esse justitiæ, ubi ut quisque potentior est, ita licentius opprimat imbecillior. *Plut. in Lacon.*

LYCURGUS interrogatus, quomodo liceret hostium insultum effugere? Si, inquit, nec alius alio plus requirit. Quo dicto docuit, tutiores esse eos ab hostium incurfu, inter quos est æqualitas, & in æqualitate concordia. *Plut. arch. in loco Apoph.*

IDEM, quoniam intelligebat æqualitatem & ad frugalitatem, & ad concordiam in primis conducere, fecerat novam agrorum partitionem, & in singulos civis æquam portionem distribuere. Ferret itaque, cum dein ex peregrinatione rediens, iter faceret per agrum recens demessum, conspicereturque manipulos acerros ordine positos, & æquales, delectatus eo spectaculo, cum rifu dixisset comitibus: Ut tota Lacedæmon videret multorum esse fractum, qui nupet inter se dividerent hæreditatem. Bono principi nihil jucundius est civium concordia, rursum Tyranno nihil formidabilius. *Plut. in Lycargo.*

IDEM, quomodo statuisset invadere delicias, luxumque, & in his quoque tollere divitiarum admirationem, instituit Syntia, hoc est, convivia publica. Percontanti verò, cur ea constituisset, sic ut in singulis convivii pauci cum armis dicerent: Ut inquit, expediti sint ad parendum imperatis, & si quid tumultus incidere, penes paucos sit delictum, si que inter omnes potus ac cibi æqua portio. Denique non solum

A in esculentis, & poculentis, verum ne in litrato quidem, aut vasis, aut aliare quacumque, plus haberet dives, quam pauper. *Plut. in Lacon.*

CORUS devictis Sabinis, cum ex Senatusconsulto ei amplaretur agri modus, quem consummati milites accipere solent, recusavit, & gregalium portione contentus fuit, dicens, esse malum civem, cui non esset satis id quod cæteris esset satis. *Plin. junior cap. 33. de viris illust.*

* HIEROGLYPHICA.

Per *hirundinem* imprimis Ægyptii, quæ filii suis cibum subdivinistraret, hominem intelligebat, qui liberis æquas hæreditatis portiones distribuere. Neque non principem, qui se civibus æquaret suis, neque ullo vellet ornatu vel apparatu magis quam reliqui sumptuosus accipi. Hirundo siquidem mira filios alit æquitate, singulis cibum patrem impartiens: ea adhibita diligentia, ne qui semel acciperit, bis accipiat: atque ita, ut par sit omnium sportula, procurat. *Pierius Valerius lib. 12.*

* INÆQUALITAS.

In educatione liberorum.

JACOB præ aliis filiis diligebat Joseph, ed quod in senectute cum genuisset. Undè summo cum amore protequebatur, fecitque ei tunicam polymitam, hoc est variegatam. Hæc autem tunica affidit oculis fratrum feriebatur, unde illum hac expoliavit, mortemque minati sunt, & tandem viderunt Imaelitis, quo exemplo docerent parentes æqualiter sua dona filiis partiri, quantum ratio finit. *Genes. cap. 37.*

Æquanimitas.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

UT æquanimis dicitur, qui est æqui animi, id est, nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur: ita *Hebræi* æquanimem seu æquanimium nomine *Erech appasim*, id est, hominem longanimum natium, id est, patientem & tartudum ad iram appellant. Id Eo proprium est, teste Scriptura & experientia perpetua: à quo nonnulli quoque eam virtutem participant cum proportionem. Hinc Æquanimitas accipitur pro eadem virtute, & à Græcis *Æquanimium* appellatur; est namque *Æquanimis* æquanimis, qua voce utitur *Aristotus*:

Æquanimis fiam, te iudice, sive legenda, sive legenda aures carmina que de animis.
 * OBJECTUM ILLUS.
 Æquanimis as spectatur in condonandis injuriis, & tolerandis damnis, aliorum vitis, & doloribus.

* EXEMPLA HISTORICA.
 In INJURIIS.

Ut proprium Christiani hominis est non inferre injuriam ita etiam illatam non ulcisci; neque aliud est quod sic animi tranquillitatem conciliat atque conservet, ut injuriarum omnium stabilis & serena tolerantia. Mancipatus carceri Apollonius, dum contra omnem æquitatem à Philemone variis afficeretur tormentis, nihil aliud dicebat, quam, Fili miseretur tui Deus, & nihil horum que in me es oblocutus, Dubi reputet ad peccatum. *Inven. P.P.*

LUPUS Episcopus. Attila civitatem Treveranam obsidente, interrogavit, quis eam ita armis laceraret; ubi accepti esse Attilam flagellum Dei, ingemiscens ait: Et ego Lupus vastator gregis Domini, dignus flagello ejus; portaque pandi iussi. Ingressi hostes nullum hostilitatis edidere signum: & ita factum, ut qui se dignum flagello confessus fuerat, à flagello liber esset. *Suo. tom. 4.*

GREGORIUS Pontificem ne summa quidem dignitas ad injuriæ impatiendam compulsi. Mauricio enim Augusto, filii que ejus se persequeretur dicebat: Quoniam ego peccator sum, vos tanto magis (ut opinor) Deum vobis conciliatis, quanto magis me illi gnavigator ferventem affligitis. Sic tandem, quem armis non poterat, patientia vicit. *In vita Greg. lib. 1. cap. 17.*

Quid verò omni pietate & religione insignis Ignatius? Rogabatur, quemam esset maxime compendiosa ad perfectionem via? respondit: Si multa æquanimiter Christi nomine patiari. Sciebat, beatos fore eos, qui perfectionem patiuntur propter justitiam, & quod

Lo.B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

Nobile vincendi genus est Patientia: vincit Qui patitur. Si vis vincere, discipati.
Ribaden. lib. 5. cap. 10. Vita ejus.

Referamus nunc eos qui hac virtute in civili ordine illustres extiterunt. Pergebat religionis ergo in terram sanctam Robertus Dux Normandiæ, dumque à suis remotior cum homine agresti alterceretur, tandem ab eo vapulavit; quod conficaci comites ulcisci parant. Ille, Nolite, clamabat, quia has plagas merito meo accepi; indignum judicans eo loco ulcisci injurias, ubi Christus tantas sponte pro nobis tolerasset. *Polyb. lib. 8.*

LUDOVICUS XII. Gall. Regem, Aurelianum adhuc Ducem, impune injuriis convitiisque lacerarunt nobiliores quidam, dumque ut se de illis ulcisceretur, jam regni sceptrum tenens, insistent nonnulli, respondebat: Parùm decorum esset Regi Galliarum, injurias illatas Aurelianorum Ducibus ulcisci. Egredie in *Soliloquis Ista*. Magna est virtus, si non lædas, à quo læsus es. Magna est fortitudo, si etiam læsus, remittas. Magna est gloria, si cui potuisti nocere, parcas. *P. Amil. in vita.*

Intellexerat Ferdinandus Imperat. quemdam, cui plura beneficia contulerat, & multis nominibus sibi devinxerat, à se defecisse; & nihil commotus, Miror, dicebat, virum tantum se majoribus suis indignum reddidisse; eoque dicto, quidquid commissum erat, dissimulabat. *Pont. de Principe.*

Non minus laudabile, quod muliebris animus præstitit: Frequentabat Antistitis Athanasi domum Matrona Nobilis, importunè rogans sibi concedi unam ex illi viduis, quæ Ecclesiæ impensis alebantur, cui posset benefacere: cumque ea daretur postulanti, qua inter illas morbus & modestia præcelleret; quæi cœpit, non esse tam ex animi voto. Ea itaque dimissa, aliam recipit, & simul ab ea contumelias & verbera; quam tamen libenter sufferens, gratias agebat Athanasio, dicens: Tandem delegi contubernalem, cui pro malo bonum, pro injuria beneficium reddere alicuiam. *Cassian.*

Et Paula Græchorum stirpe nobilis, vitæ innocentia nobilior, cum audivisset se sultam quorundam judicio reputari; Theatrum, inquebat, facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus: nos sultu propter Christum, sed sultum Dei sapientia est hominibus. *Hieron. in Epist. Paulæ.*

* IN DOLORIBUS.

Haud minus exiguum virtutis opus, adversas valetudines, quoties in eas incidimus, æquo animo sustinere. Referamus ergo exempla eorum, qui hac virtute præditi fuerunt, eaque ex multis pauca. Habuit autem hanc gloriam Vincens, qui in mediis tormentorum cruciatibus, Tyranno insultans: In surge, ajebat, & toto malignitatis spiritu debac chare; videbis me Dei virtute plus posse, dum torquet quam possis ipse qui torques. Quod animofum dictum probavit eventus, dum Tyrannus post tot in tuum corpus inflata tormenta lateretur, Victi sumus. *In vita ejus.*

Erquaniam vis illa fuit, qua ficeentis Laurentius affligenti se Tyranno dicebat, Infelix, has epulas ego semper optavi? cumque in craticula subiectis prunis afflaretur, invicto animo flammarum sustinens violentiam, admitandam hanc vocem emisit: Iste flammæ mihi refrigerium præstat. Merito itaque cum deprecatura canit Ecclesia: Danobis Domine vitiorum nostrorum flammam extingue, qui B. Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. *In vita apud Surium.*

Abbas Benjamin laborabat intolerabili hydropsi dolore, cumque præfentes ejus cruciatum fixis oculis intueri non possent, dixit: Orate, ne interior meus homo hydropicus sit. Hoc enim corpus, neque cum benè se habuit, mihi profuit; neque cum malè, me læsit. *Pall. in Hist. P.P.*

STEPHANUS Abbas, dum ope medicorum incurabili morbo affligeretur, ac putrida membra incidere, mutato vix vultu, cum adstantes aspiceret vix posse præ angore; Ego, inquebat, novi hos morbos ob peccata accedere: est melius hic penas solvere, quam æterna probris supplicia sustinere. *Socrom. Hist. Trip. lib. 8. cap. 1.*

Require Martyrium & Morbus.

* IN DAMNIS.

Rerum etiam jactura fortiter ferenda est, cum nihil sine Dei nutu evenire mortalibus queat. Ad servandam ejusmodi æqua-